





DISSSERTATIO INAUGURALIS MEDICO-FORENSIS  
**TERMINO ANIMA-  
TIONIS FOETUS  
HUMANI,**

*Wenn das Kind im Mutter-Leibe die Seele  
empfängt;*

QVAM

AUSPICE DEO PROPITIO

*Et Consensu atque Autoritate Gratiosae Facultatis Medicae,*

IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,

P R A E S I D E

**DN. D. MICHAELE ALBERTI,**  
POTENTISSIMI REGIS BORUSSIAE CONSILIARIO AULICO,  
MEDICINÆ ET PHILOSOPHIÆ NATURALIS PROFESSORE PU-  
BLICO ORDINARIO FACULTATIS MEDICÆ DECANO  
SPECTATISSIMO,

*Domino Patrono, Praeceptore ac Promotore suo omni honoris cultu prosequendo,*

**PRO GRADU DOCTORIS,**

SUMMIS IN MEDICINA HONORIBUS, ET PRIVILEGIIS  
DOCTORALIBUS LEGITIME IMPETRANDIS

HORIS LOCOQUE CONVENTIS,

ANNO M DCC XXIV. D. XI. NOVEMBER,

PUBTICÆ AC PLACIDÆ ERUDITORUM VENTILATIONI SUBJICET,

AUCTOR ET RESPONDENS

**LUDOVICUS HANSEN,**  
GRABOVIO - MEGAPOLITANUS.

---

*HALÆ MAGDEBURGICÆ,  
Typis JOANNIS CHRISTIANI HENDELII, Acad. Typogr.*



SERENISSIMO  
AC  
CELSISSIMO DUCI AC DOMINO,  
DOMINO  
**CHRISTIANO**  
**LUDOVICO,**

DUCI MEGAPOLITANORUM,  
PRINCIPI VENEDORUM, SVERINENSIMUM ET  
RATZEBURGENSIMUM, NEC NON COMITI SVE-  
RINENSIMUM, TERRARUMQUE ROSTOCHII  
ET STARGARDIÆ DOMINO,

ETC.

DUCI AC DOMINO SUO  
CLEMENTISSIMO.

SERENISSIME  
AC  
CELSISSIONE DUX  
CLEMENTISSIME PRINCEPS  
AC DOMINE.

**I**ncomparabilia & Magno Principe dignissima celsi  
animi ornamenta concurrunt in SERENISSI-  
MA TUA PERSONA atque in centro tan-  
quam conspicienda sese præbent.

Id quod exteri non nisi summa admiratione innu-  
merisque laudibus extollunt; Humillimi vero dulcissi-  
mæ Patriæ incolæ maxime pio corde venerantur & pro  
summa consolatione tot miseriarum haec tenus perpesta-  
rum subiectissimo pectore agnoscent: Imo futuræ pro-  
speri-

speritatis spem in TANTO PRINCIPE CLEMENTISSIMO, SERENISSIMOQUE SOBOLE FRIDERICO prævidentes & humil-  
lime collocantes CELSISSIMÆ DOMUS MEGAPOLITANÆ sempiternam Conservatio-  
nem, Augmentationem, Florem & Splendorem a Domi-  
no Dominorum indesinenter flagrant. Quid ergo inter  
tot obsequiosissimos subditos me diutius costringaretur?  
qui ante Pedes CLEMENTISSIMI DUCIS AC DOMINI MEI devotissima submissione con-  
fitear, quanta religione etiam extra patriam studiorum  
gratia degens, quantove subjectissimi animi candore  
TANTUM PRINCIPEM semper coluerim ac  
veneratus sim: Sub CUJUS CLEMENTIÆ alis natus  
& educatus sum. Cujus SERENISSIMA DO-  
MUS Parentem meum, quamdiu in vivis erat ateneris  
annis, omni Clementia & promotione prosequuta est; il-  
lo vero mortuo viduam matrem una cum misellis or-  
phanis patre destitutis POTENTISSIMA tutela, variis-  
que Clementiæ signis haetenus sublevavit atque suspen-  
tavit. Reddo ergo SERENISSIME DUX, quæ debedo;  
humillima spe fatus, fore, ut hisce studiorum meorum  
primitiis, qualescumque sint, aditus ad PRINCIPIS AC  
DOMINI MEI SERENISSIMI CLEMENTIAM erga  
literarum & artium cultores longe lateque celebratam,  
non præcludatur. Summum vero Principum Principem

intimis suspiriis jugiter flagito, velit TE SERENISSIME DUX una cum CELSISSIMA DUCISSA, FLORENTISSIONISQUE PRINCIPIBUS infinita benedictione & omnis generis prosperitate TANTIS PRINCIPIBUS conveniente coronare & accumulare; Ne ex Antiquissima REGIA atque DUCALI STIRPE per innumerâ secula deficiat, qui Provinciis hæreditariis imperet; Pace externa & interna Sanitate, Splendore, Potentia, omnique felicitate perpetuo fruatur. Id quod humillima devotissimâ submissione ad finem vitæ fovet

## SERENISSIME DUCIS PRINCIPIS AC DOMINI CLEMENTISSIMI

Dabam Halæ diae xi. Novembris  
M DCC XXIV.

*subjectissimus humillimusque*

LUDOVICUS HANSEN.

**C**orpus iners animam quo tempore sentiat almam,  
Segneque perpetua morte levetur onus?  
Argute calido dum mentis acumine volvis,  
Volvis; ut inventum tollere Amice queas.  
Spiritus unus inest nobis, animæque reguntur  
Unius officio corpora bina vago.  
Volvitur automaton vitiatu pondere retro,  
Deme rotas, animam, futile stabit opus.  
Nos animam studiis paribus nutrimus eandem,  
Aut tu, cum fugias, aut ego truncus ero.  
Aet animo vereor, ne te mea causa sequatur,  
Mercuriusque anima splendidus ore vacem.  
Ingenii hoc Dotes, Veneres quoque corporis edunt,  
Moribus unde meis flamma petita nitet.  
Sed nituit, niteatque precor; si fulserit alma,  
Connitar studiis fortius ire comes.  
Quo fugis alter ego, nil foedera nostra morantur,  
Nil mea vota valent, quo fugis alter ego?  
Erigor. Haud animos, ceu corpora dividit ora:  
Spiritus aërias nititur ire vias.  
Hinc quoque cum reliquis meritos gratatus honores,  
Grandia cum nequeam, munera parva fero.  
Dumque sequi vetitum, precibus comitabor Amicum,  
Ito Bonus, sinuat carbeta nauta. Vale.

*Quibus perpetuae recordationis ergo Amico in paucis dile-*  
*tissimo de Honoribus Doctoribus applaudere voluit*  
*Eidem devinissimus*

J. G. Himsel,  
Riga-Livonus. M. C.


**H**uc bona fors propera superas delapsa per auras,  
Fortunaque meas obsequiosa preces.  
Effice felices currant mensaque, diesque.  
Face hora infelix, te duce nulla, fluat.


*Hec Doctissimo Hansio scribere voluit*

F. A. Stephanus Mackius,  
M. C. Lugduno-Gallus.

**W**er Fleiß und Tugend liebt/ trägt Ruhm und Glück davon.  
Die Weisheit wird Ihn nicht im Staube liegen lassen.  
Sie giebt nach Schweiß und Müh Vergnügungs-vollen Lohn/  
Und wird Ihn in der Zahl der liebsten Söhne fassen.  
Mein Bruder/ dieser Satz trifft jetzt bey Dir auch ein.  
Du willst zum andern mahl des Fleisches Früchte zeigen  
Und heut als Doctorand auf dem Catheder seyn/  
Drum kan mein Bruder-Herz die Freude nicht verschweigen.  
Ich wünsche Dir von GOT unzählig Wohlergehn.  
Und da der Himmel uns so weit von ander trennet/  
Doch ungewiß/ ob wir uns einst wieder sehn/  
So bin ich zwar betrübt/ doch froh/ weils GOT ernennet.  
Nur bitt ich/ laß es nicht bey unsrer Trennung heissen/  
Wer aus den Augen kommt/ der kommt auch aus dem Sinn.  
Läß Zeit und Ort das Band der Liebe nicht zerreißen.  
Nun lebe wohl! doch denck/ daß ich dein Bruder bin.

Carolus Leopoldus Hansen,  
Grabovio-Megapolitan. Chir. Stud.





*Q. D. B. V.*

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICO-  
FORENSIS.

DE

TERMINO ANIMATIONIS  
FOETUS HUMANI.

PROOEMIUM.

**N**ihil est tam arduum, quod non ingenio humano cedere videtur: Paradoxon & e diametro oppositum videtur hocce effatum dicto illi *Hippocratico* in primo Aphorismorum posteritati relicto; *Ars longa, vita brevis, occasio anceps, experimentum fallax*. Illud enim viribus humanis attribuit, quod hoc illis demit. Finem vero, quem utriusque dicti Autores respexerunt, si consideramus, facile ipsi conciliationem admittunt eo collimantem, ut literarum cultoribus, imprimis verophilatris calcar quoddam adderent. ne unicum diem sine linea praeterire paterentur. Habent sane philiatri præ ceteris, cur tam exactam

A

tem-

2 DISSERTATIO INAUGURALIS,

temporis rationem habeant? quo omni nitantur  
nervo studioque: Nam, quot eruditionis partes per-  
tinent ad perfectum Medicum? juxta Neocranzii Ide-  
am perfecti medici? B. Bohnium De officio Medici duplicit.  
Ne dicam quibus expressionibus Werckmeisterus uti-  
tur, in disput. De Filo Ariadne in studio medio pertinendo.  
ex cuius præfatione hæc paucula tantum addu-  
cam. Horrebit animus, mens hebescit, languescunt mem-  
bra, obumeſcunt lingua: Si in studio suo, quod Philiaro per-  
currendum tot circuitus, maandros & perplexos cursus per-  
spexit &c. Id ipsum pluribus ulterius probandum  
effet; Ne vero BL. recensione omnium perfecti Me-  
dici requisitorum molestus sim, illi præter jam lau-  
datos Autores adhuc evolvendos omitto: Dn. D. Prä-  
sid. Patroni ac Praeceptoris mci in æternum vene-  
randi Introduct. ad universum Med. Part. I. Prefat. ad  
Physiologiam & in Juris. Prudentia Medica jam sub pre-  
lo sudante Cap. I. & Job. Mar. Lancisi. Dissertatio: de  
recta studiorum medicorum ratione instituenda; qua ope-  
ribus ejus annexa est: Kypern in tract. de Medicinam ri-  
te discendi & docendi methodo. Hisce positis unicum  
maxime arduum & medicina in testimonium pro-  
feramus theorema, quo elucescat, num priori dicto  
aliqua veritat insit, nec ne? scilicet num omnia ce-  
dere videantur ingenio humano. Possent quidem  
tot artium inventiones, & emendationes, qua ad  
summam pene perfectionem redactæ sunt, de in-  
genii viribus manifesta testimonia esse, magis au-  
tem idem elucescit ex illis rebus qua sola mente con-  
siderandæ sunt, nec in sensus crassiores cadunt, e-  
jusmo.

DE TERMINO ANIMAT. FOETUS HUMANI. 3

jusmodi est doctrina de Anima humana. Hanc satis  
arduam , abstrusam & cognitu difficillimam esse,  
nemo non fatebitur : quia crassioris corporis qua-  
litatibus investigandis dediti circa res mere materi-  
ales & corporales versantes vix aliud quicquam re-  
ste concipere , neque clarius proponere possunt,  
citra corporea & palpabilia materialia Confer. Paga-  
minus Gaudenius de Errorre sectariorum p. 162. cum in-  
corporea & immaterialia admodum subtilia exi-  
stant , sensusque externos fugiant. Inde fit ut in  
consideratione memoratarum rerum subtilium &  
incorporearum , qualis anima est earumque diju-  
dicatione , facile abripiamur ad ideas materiales &  
corporales antea jam visas. Qua de causa & ipse De-  
us O. M. captui humano se se accommodavit , pluri-  
ma in sacro codice occurrentia per viros a spiritu  
sancto inspiratos & ductos ita proponendo , ut cor-  
porali conceptui firmissime adhaerentes homines  
voluntatem suam eo clarius cognoscerent & percipi-  
perent. Neminem quoque fugiet , nisi plane in sacra  
scriptura hospitem , Deum tot miraculis visibilibus  
& palpabilibus verbum suum obfirmasse , ut eo ma-  
gis crederent lapsi & rebus mundanis obnubilati  
homines , id quod ipse Salvator testatur dicendo.  
*proper mentis vestra pertinacitatem hac omnia sum et*  
talismodi exempla tam vetus quam novum testa-  
mentum plura exhibent , ubi summum numen &  
ejus Prophetæ ac sacerdotes de tali pertinacitate con-  
queruntur. Ne dicam , quod ex illis crassis ideis ,  
quas mortales sibi formabant de Existentia & Ef-  
fentia

A 2

4. ANNUA DISSESSATIO INAUGURALIS, DE THEO-

sententia Dei, gentilismus & Atheismus ortum suum  
traxerint satie detestandum, cum nullum Deum  
crederent, nisi quem viderent, aut de quo hos vel  
illos effectus actu provenire sensuali & crassa con-  
victione intelligerent, qua de re omnes antiquiorum  
temporum scriptores & ipsa sacra scriptura  
quamplurima proferunt testimonia. Nihilominus  
tamen, mens seu ingenium hominis ita comparatum  
est, ut ab aliis rebus externis abstrahendo interna  
& subtilia sibi proponere possit, quale quid in non-  
nulla exstasi similibusque casibus experiri licet,  
quamquam etiam libenter concedendum sit, quod  
illa, que in mente clare percipimus, non ita clare  
proponi ac demonstrari possint, quare dicunt. Ich  
weiß es wohl aber ich kann nicht hervorbringen.  
quia ideæ similes deficiunt, a rebus materialibus  
desumptæ, quibus mentem nostram explicaremus.  
Si itaque has mentis operationes, cum ceteris ef-  
fectibus & actibus, manifesto ab anima provenienti-  
bus & dependentibus colligamus, hisque ex reve-  
latione cognitas animæ proprietates adjungamus;  
& hoc facto sine præjudicio, pauloque tranquilliori  
animo perpendamus & ruminemus, cunctaque à  
crassis objectis corporeis pro virili abstrahendo di-  
judicemus; tunc utique nobis obtigerit, ut animæ  
vires ac qualitates paulo curatius penetremus. Nam  
effectus testatur de sua causa: modum fiendi vero  
demonstrare velle idem esset ac aquam cribro hau-  
rire, interim tamen veritas facti adest. Scilicet in-  
genio plurima cedere, si industria & methodo com-  
bina-

DE TERMINO ANIMAT. FOETUS HUMANI. 5

binatur. Ast! ne in primis limitibus de hac materia discurrendo praefationis fines excedam, neque ab ipso proposito distrahar, sufficiet hac occasione indicasse, quod *Dn. D. Preses* peculiarem tractatum de hac materia dignissima ediderit, ubi prolixius de anima ejusque viribus & qualitatibus actum est: *Nimirum in Scriptis Philosophico-Medicis, & in Schediasmate de Admirandis Anima precipue humana effectibus ad Illustr. Schrakium &c.* ut & de occultis anima humana operationibus. Me vero, cum dissertationem quandam Inauguralem, specimenis loco, conscribere debarem, ante dictum effatum audaculum fecit ex ardua Animae doctrina thema quoddam pertractandum feligere, quo tentarem, num ingeniolo meo concessum esset, inventire, quo temporis pura & foetus humanus animae rationalis particeps fiat, quia haec materia in omnibus facultatibus ita dictis superioribus, praecipue vero in Medicina Forensi, magni ponderis est. Occasio vero hujus thematis mihi fuit laudatus *Dn. D. Preses in sua Jurisprudentia Medica* mox in lucem proveniente; Ubi in capite de Animate & Abortu differentiam IC torum inter animatum & inanimatum foetum, hancque sequentes poetas ordinarias & extraordinarias allegavit, mihiique in hac materia casum pro exercitio in Collegio privato elaborandum concredit, cuiquoq; debeo, si in hac materia aliquid boni protulero. Cum vero ad statuendum terminum animationis necesse sit nosse, unde anima proveniat; illud vero hactenus pro & contra disputatum fuerit, non de nihilo erit, omnes

A 3

de

§ DISSERTATIO INAUGURALIS,

de hacre hypotheses breviter recensere & ex his probabiliorem sententiam eligere. Cui deinde argumenta pro certo animationis termino pugnantia superflui possint. Quo facto usus in Medicina theoretico-practica & Forensi ex hoc themate promans demonstrandus veniet ex quibus omnibus etiam Theologici & Philosophi aliqualem haurient usum. Erit itaque Disputatio nostra solennis occupata circa TERMINUM ANIMATIONIS FOETUS HUMANI. Virium nostrarum autem imbecillitas post lapsum deplorandum eo devenit, ut ex nobis quatenus nobis ipsis nihil boni producere valeamus, testante scriptura sacra; ergo D. O. M. deyotissimis precibus imploro, velit conatus meis qualescumque sint, clementer adesse, quo in sui ipsis gloriam cedant, & homo internum suum principium atque ortum maxime admirandum cognoscat, inde que eo majores ipsi gratias agendi causas inveniat.

C A P U T I,

D E

Significatione Vocab.

§. I.

**A**ntequam ad rem ipsam me accingam, opus est, ut de significatu verborum quedam adducam, ne peregrinus & alienus sensus illis obtrudatur.

*Significatio  
vocis, Ter-  
mini.* Vox *Terminus*, quid significat notissimum alias est; sumitur vero varie, mox enim intelligitur sub hac voce notio

## DE TERMINO ANIMAT. FOETUS HUMANI 7

notio quædam; quia verba tini vel alteri scientiæ & arti 1) *Terminus* propria ac usitata exprimuntur; tunc vocatur tale verbum *Terminus technicus* a τεχνη ars. *Germ. Rūsticis Woris*, quod scilicet in hac vel illa arte vocabulum hoc recentum sit ad exprimendam mentem. Talibus terminis technicis quævis scientia, tam Theologia quam Jurisprudencia, Medicina & Philosophia, omnesque artes tam liberales quam opificiaria gaudent.

### §. II.

Porro comprehenditur sub voce *Termini certus qui-* 2) *Terminus* dam locus vel spatiū e. g. si in physicis de motu agitur, significat sèpè occurrit hæc verba. *Terminus a quo*; *Terminus locum ad quem*: Scilicet illud specialissimum loci cuiusdam spatiolum, à quo provenit motus vel aliud ejusmodi ad quod pertinet, *conf. D. D. Præsidis Physica cap. 3. §. 33.* Eandem quoque significationem obtinet in mathematicis & aliis similibus Doctrinis & disciplinis.

### §. III.

Denique sumitur *Terminus* pro certo quodam tem- 3) *Terminus* poris puncto, sive sit ultimum in quo aliquid definit, sive significat primum in quo aliquid incipit sive intermedium in quo a- *tempus*. liquid existit, versatur vel quiescit. Exinde terminus aliquando idem est ac finis seu terminatio, uti de morbis dicitur, quod vel ad salutem vel ad mortem terminantur &c. Subintelligitur quoque dies quidam constitutus ad hoc vel illud negotium perficiendum vel tractandum: Quo significatu apud eos & in communi vita usitatissima est hæc vox, e. g. *Terminus solutionis*, *Terminus præscriptionis*, *Terminus ad audiendam sententiam &c.* Germanice, einen termin ansehen oder eine Zeit bestimmen. Nos vero hoc loco sub voce *terminus* intelligi volumus, illud temporis punctum, quo negotium quoddam initium capit & in actum ducitur.

### §. IV.

*Altera vox animatio est utique clara & significatio Animatio eius quidem*

8 DISSERTATIO INAUGURALIS,

ejus notissima: propter duplēm vero sensum scilicet ænigmaticum & propriū, utrumque respiciam.

1) enigma-

tice.

2) Metapho-

rico.

3) Proprie-

*Ænigmatis* sumitur Animatio apud Alchymistas in negotio transmutationis metallorum, quando e.g. terra alba foliata est fermentanda cum aqua sulphuris philosophica vel cœlesti ut vocant &c. Nam scriptores Alchymia semper mysticis & ænigmaticis verbis sensum involvunt, ne arcana publici juris fiant & unicuique statim manifesta & nota reddantur. *Metaphorice* quoque sumitur in multis negotiis in vita communi occurrentibus huc non pertinentibus. *Proprio* vero Animatio audit ille generationis actus, sub quo anima humana communicatur foeti in utero materno. Wenn das Kind in Mutterleibe anfängt zu leben und besetzt wird oder die Seele empfängt. Nam vita restatur de præsentia animæ, posita vita ponitur anima & vice versa, absente anima deest vita de qua re infra ulterius dicendi occasio forsitan occurret Cap. III. De termino animationis decernendo.

S. V.

Animatio  
ab anima.

Quid. Ani-  
ma?

Derivatur vero animatio ab anima, num vero anima ab ære, ventus vel spiraculum, aut aliunde originem ducat, hic non inquirendi locus est. Sufficit nos per animam intelligere. Principium seu Ens illud incorporeum, immateriale, immortale, spirituale & rationale, corpori mechanica dispositione prædicto inexistentis, idque motibus rationaliter instruens. Confer. *Dn. Praef. Physiol. Cap. I. de Natura ejusque Physic. Med.*, *Cap. I. De princi-  
piorum immateriali.*

S. VI.

Una est ani-  
ma.

Num vero anima sit triplex, juxta Aristotelem e- jusque asseclas, scilicet Vegetativa, Sensitiva, Rationalis, hic non perquirere lubet, cum sufficienter ad hanc hypothesin responsum sit à quanplurimis Autoribus, Quod scilicet Vegetatio & Sensatio sint qualitates ab una anima

## DE TERMINO ANIMAT. FOETUS HUMANI. 9

anima rationali provenientes & hanc ob rem entia præter necessitatem non esse multiplicanda. Confer. illustr. Stablii, *Theoria, Dn. D. Praesidis Physiologia nec non Excell. Dn. Coschowitzii Patroni ac Præceptoris omni observantia prosequendi. Physiologia, Rivini Disp. de spiritu vitali, Casmannus in Psychologia, multique alii, præsertim Cartesiani, qui præter rationalem nullam admittunt animam Pulchre Job. Bodinus in *Theatro Nature lib. IV. De anima p.m. 485.* seqq. scribit: Th. *Quibus nam argumentis probari posse unam esse unius hominis animam?**

Resp. Quia corporis unius naturalis una est actu forma, quod si plures animas homini tribuamus, idem quoque de ceteris animalibus, judicium relinquetur: Ex quo sequetur in uno homine tres homines, in eodem Bore diuos contineri Boves, quia forma dat essentiam rebus: Absurdum est consequens, ergo illud ex quo sequitur, scilicet plures animas esse in eodem subjecto. Neque enim definiri posset ejusmodi animal, cui tres formæ id est differentia tres unius eiusdemque generis seu materia sufficiant. & pag. 487. dicit: Una res est qua hanc dispunctionem de anima conturbavit, quod plerique vires animæ cum substantia ipsius & sensus ipsis cum sentiendi facultatibus confuderunt. Demonstratum superius est, corruptis animæ partibus ac sensu*ris* instrumentis, nihil de anima viribus interire, ut oculis crassiore tunica obdutis, nihil de visuali animæ facultate perire, quoniam detracta pellicula vel detersa macula, quasi velo sublatto vides anima. Sed cum facultates sensuales animæ pereant integris sensoriis, anima subsistere non potest, ut ignem amissi facultate calefaciendi extingui necesse est: Qui igitur animam vegetalem, sensualem in homine re ipsa distinguunt, perinde faciunt, ac si dicarent, animam visualem, tactualem, expultricem, generatrixem, coctrinem, plures esse animas &c. & porro p. 488. dicit. Neque enim anima ut pharmaca miscentur, nec oris facultatis intellectualis prio-

B

res

## 10 DISSERTATIO INAUGURALIS,

res facultates conquiscentur: sed ab una & eadem anima vis-  
res quasi è fante salientes prodeunt per organa unicuique  
partis corporis consentanea: Partibus autem corruptis aut  
ligatis functiones quidem anima ad eas partes, quasi sopita,  
existantur: sed nos magis percurrent facultates, quam pista  
scientia, resecta manu architecti: Etiamque anima cadaveri  
superfites nihil amplius ageat facultate vegetandi coquendi  
& gignendi: & porro p. 489. scribit: Th. Quæ igitur ra-  
tio movit Platonem, Philoponum, Ammonium &c. ut tres  
animas in homine constituerentur? M. Resp. Quia cum or-  
gana locis & officiis distincta viderentur, animas quoque divi-  
di putarunt: Sed si ex officiis & usu partium animalium nu-  
merum exigamus, profecto animas quatuor habituri sumus,  
imo vero totidem quot membra: Quaratione animas in hu-  
mano corpore sexcentas inesse dicimus. Itaque medici pau-  
lo melius: qui spiritum vitalem à corde, animalem à cere-  
bro, naturalem à pectori, genitalē à testiculis proficiunt  
dicuntur: Sed omnia verissime facultates anima dicuntur.  
Hæc sunt, quæ præclarus ille Philosophus jam suo tempo-  
re agnovit de triplici anima & tot spiritibus in corpore  
humano effectis: quæ hac occasione adducere non in-  
cassum duximus, praesertim quia aureus ille liber non  
in omnium manibus est, momenta vero ab illo propo-  
sta rationi respondeant. Conf. D. Schacheri Disput de  
Consideratione anima rationalis medica. D. Lœscher diss.  
Cogitationes sobriæ de anima: D. Vestri. Diss. de Anima  
Habitudine ad corpus &c. D. Jacobi Disp. de Anima  
causa morborum proxima &c.

## §. VIII.

Quid Fetus. *Fetus* denique vocatur noviter oriundus homo.  
Si enim perpetrato coitu fœcundo maris & fæminæ, in  
abdomine matris ovulum quoddam turgefactum ab ova-  
rio secessum, per tubam Fallopianam in uterus devolu-  
tum, mediante congressu feminis virilis motu vitali in-  
stru-

## DE TERMINO ANIMAT. FOETUS HUMANI. II

structum & cum petiolo ad parietem uteri internam accrescit, vocatur *conceptus*. Si porro ibi formatur, asservatur & nutritur, usque legitime post novem menses, præternaturaliter vero per abortum excluditur dicitur *fœtus*. Distinguunt etiam Autores *fœtum* embryonem & partum, dum *fœtum* vocant, quando viscerum, hepatis, cordis, cerebri, &c. indistincta adhuc & informia sunt rudimenta: *Embryonem* vero, si omnes partes perfectæ sunt, & *Partum* quando mox exclusio insequitur; qui actus exclusionis itidem *partus* vocatur, qui non cum embryone confundendus est: Quo facto denique in lucem editus *infans* vocatur. Sed hæc distinctio-nes non ab omnibus autoribus observantur, quia utplurimum pro Synonimis habentur: interim hæc nosse juvabit ad intelligendam veterum scriptorum mentem. Foret ulterius non de nihilo, si ceteri in negotio generationis occurrentes termini planiores redderentur, ast hac vice non universam generationem, sed ejus initium pertractamus quare jam explicata sufficient, cum quibus scriptores Anatomici conjungendi erunt, ubi omnes partes genitales delineatae & descriptæ exstant. Præce-teris confer. Regnerus de Graaff de part. genit. mul.

### §. IX.

Intelligo itaque sub termino animationis *fœtus* hu-  
mani, illud nomen temporis, quo *conceptus*, *fœtus* vel *embryo* animæ rationalis & per consequens vitæ particeps fit. Ad hoc determinandum seu decernendum necesse est antea scire, unde illa anima rationalis proveniat, num immediate à Deo, an à Parentibus per propagationem: id quod ex sequenti capite appa-rebit,

*Quid termi-nus, anima-tionis?*

B 2 CAPUT

## CAPUT II.

DE

## Origine Animæ Humanæ.

§. I.

*Fundamentum tractationis de termino animi.* **E**xplícatis terminis ad rem ipsam propius pervenio, cuius fundamentum veronititur origine animæ rationalis; Si enim nescimus unde illa proveniat, nullus erit constituendus terminus, quando eveniat, scilicet quando animatio fœtus contingat. In hoc vero Autores tantum discrepant, ut dicere possim quot capita tot sensus. Quare de necessario esse duximus cunctas Autorum hypothesēs principaliores sub certis classib⁹ re-censere & perquirere, quo pluribus probabiliorem sententiam eligere, eique ceu fundamento ulteriore tractationem superstruere possimus.

§. II.

*De origine animæ semper lis fuit.* Fuit hæc materia à primis rei literariae cunabulis usque ad hodiernum diem sub lite, adeo, ut ex hoc litigio permulta opiniones & hypotheses ortæ sint, quæ veritatis avidum animum incertum & vacillantem reddunt inveniendi, utri credendum sit? quia cuncta hypothesis suos semper inventit defensores & propugnatores: Doctrinæ igitur hujus Dignitas & multifarius usus in omnibus eruditionis partibus multos jam ante movit doctissimos viros, hypotheses dissentientium colligere, quæ vero indies numerosiores factæ sunt, usque Cæberimus Lipsiensium Philosophus Jacobus Thomasius in præterito seculo cunctas prolatas opiniones specialissimas summa industria colligendo, argumento conciliando & ad lapidem Lydium veritatis redigendo tentavit perfectam historiam literariam tradere & certum quid

## DE TERMINO ANIMAT. FOETUS HUMANI 13

quid in hac re abstrusa statuere & stabilire. Id quod non solum in multis scriptis suis sed etiam in peculiari dissertatione magno cum applausu eruditorum praestit. Hanc ob rem Dn. D. Praes eruditissime conscriptam hanc dissertationem, ante plures annos jam deficien- tem, recudi & orbi literario restitui curavit. Hanc dissertationem discipulus quidam celeberrimi dicti Jacobi Thomasi. *Johannes Vake Pastor Hamburgensis quoniam meritissimus in vernacula edidit, eamque multis autoribus, rebus & argumentis auxit.* Possent ergo tan- torum virorum labores nobis otium facere in eruenda hac doctrina, cum multos jam opiniones & argumenta pro & contra adduxerint, falsa refutaverint & historiam literariam a primis aëvis ad annum 1669. & posterior ad annum nifallor 1699. suppeditaverint. Auctæ ve- ro sunt opiniones & hypotheses posthac ad nostra tem- pora & ulterius pertractatae. Ergo reiliteraria studio- sis non ingratum fore, persuasum habeo; si hoc capite in nuce inveniant & in certas classes redactas opinione- tam Theologorum & in Philosophorum, quam medico- rum usque ad hodiernum diem collectas & argumentis pro & contra stipatas,

### §. III.

Omnes hactenus in lucem prolatæ opiniones quam *Delineatio* commodissime ad duas classes generales restringi pos- sunt mea sententia, *Nimirum Infusianorum & Traduci* capitis in duas classes generalles divisa. anorum. Sub Infusianorum nomine omnes illos com- prehendo qui statuunt animam ab extra in corpus fo-etus in utero immitti & infundi. Tales sunt. 1) Metem- psychosista, 2) Mentensomatista, 3) Induciani, 4) In- fusiani stricte sic dicti. 5) Creatiani. Ad Traducianorum classem generalem reducendi sunt, qui ab intra per pa- rentes animam propagari asserunt. Scilicet, 1) Educiani, 2) Spiritualista, 3) Vermiculista, 4) Unionista, 5) Tra-

B 3 duci-

duciani Stricte sic dicti, quibus non plane contradicunt  
6) mechanici, licet hi ultimi longe minimum inter  
reliquos eruditos de tota generationis doctrina profe-  
rant, quia illa cum suis hypothesibus nou bene quadra-  
te videtur.

## §. IV.

*De Ortu  
Prime anti-  
mæ sententia  
gentilium.*

Antequam singulas classes pertractem primum fun-  
damentum querere opus erit, unde ab omni ævo eru-  
di in duas tales Classes generales dividendi sunt? Nem-  
de Ethnici sacra scriptura caruerunt tanquam maxi-  
ma luce in hac materia; unde prima creatio illis incognita  
fuit mundi & animarum, & ipsum Deum omnipotentum  
non nisi ex lumine naturæ aliquo modo sed sub obscura &  
impura notione agnoverunt. De primo ergo animarum  
ortu solliciti sapientes antiquissimi miras fabulas excogi-  
tarunt dum altera pars seniorum affirmabat animam im-  
materialem & immortalem altera vero materialem & morta-  
lem esse. Prima pars sectatoris crediderunt itaq; animas  
esse immateriales & immortales, quæ omnes simul & semel  
creatae essent cum initio mundi, & vel in oceano quodam  
igneo, vel in sideribus, vel in universali quadam anima  
mundi aut intelligentia, quam Deum mundi coeteraum  
vocabant, tamdiu asservari, usque modo quodam inter  
illos discrepante in homines nascituros inducerentur.  
Plurimi horum sibi persuadebant certo quodam nume-  
ro animas creatas fuisse, quæ deinde ex hominibus vi-  
vis in loca inferiora, ex his iterum ad vivos, seu ex ho-  
mene in bruta & vice versa transmigrarent & per circu-  
lum ambularent. Hæc Platonis, Aristotelis, Pythagoræ  
Stoicorum, aliorumque dogmata etiam plurimis ex po-  
pulo DEI placuerunt, scilicet quibusdam sectis Judæo-  
rum & Caballistis, qui vel magnum sibi Aquilonem singe-  
bant, ex quo animæ ad homines deferrentur, seu Metem-  
psychoeos patroni fuerunt. Nec inter Christianos de-  
fue-

De TERMINO ANIMAT. FOETUS HUMANI. 17

fuerunt, qui hisce fabulis veritatem aliquam inesse cediderunt. Ex his itaque Prima Infusianorum Clases ortum cœperunt, vid. infra. sub Metempl. &c. Altera pars gentilium sapientum sibi singebat, vellapides, vel limum, vell terram limosam, velaquam & terram, vel aërem & ignem & sexcenta plura hujus farraginis materias ex quibus primi homines & cum illis animæ humana ortum primum duxissent, quæ postea per parentes & quidem mediante semine propagarentur. Quorum Principes fuere Epicurei & Peripatetici, qui animas materiales & mortales esse sibi persuadebant. Hos iterum aliqui ex populo Dei & porro ex Christi ecclesia sequunti sunt; Unde Educianorum classis orta est, quæ vero ulterius perspecta & ab eruditis & theologis correccta successu temporis cæteras traducianorum classes peperit. Hic habes primum fundamentum duarum classium generalium. Confer. Plutarchus Tom. II. lib. de Propagatione animæ & Justus Lipsius in stoicorum Philosophia lib. de Physiologia nec non Terullianus libro de animo, ubi plura de veterum fabellis in hoc negotio effectis recensitas & refutatas invenies. His annexendum esse duxi errorem illum origenicum ita dictum, qui ex Platonismo ortus multis Christianis Hæreticis & ex recentissimis Poireto placuit. Heus erroris assecræ statuunt Animam primam ab essentia Dei per emanationem, ut vocant, produci. Hæc sententia vero ab omni ævo pro hæretica declarata & habita est, neque hodie in ulla Christianorum ecclesia sive sit pontificia, sive Evangelico Lutherana & Calviniana, facile toleratur. Plura de his vide sub speciâibus classibus infra. Si vero placet Autores hic conferre, Legas Bellarminum Tom. IV. libr. de amiss. grat. Dei. cap. XI. de origine animæ, ubi plura invenies. Nec non sæpe laudatam dissertationem Jac. Thomasi & Tract. Joh. Wake von dem Ursprung der menschlichen Seelen. &

Ma-

*Maxim. Revend. Dr. Joach. Langii Disput. Anti - Paretianas  
ubi in duobus prioribus de Ortu anima actum & error refu-  
tatus est. Nec non Celeb. Buddei Theol. dogmat lib. II. cap. 2. §. 16.*

§. VI.

*Metempsy-  
choſift.e.*

Sequitur ita Classis prima Specialis *Infusoriorum* &  
quidem ab antiquissima initium faciamus nempe *Metem-  
psychoſiftis*. Horum sententia est, quod Certus quidam  
numerus animarum sub initio mundi creatus sit, quæ ex  
uno homine in alterum migrarent, nimirum ex vivis ad  
mortuos & viceversa, pro diversitate vero actionum in  
vita peractuarum, vel in locum bonum vel malum, sive  
in campos Elyseos vel in Acheronticas regiones perve-  
nirent postquam poculum oblivionis hauserint ex flumi-  
ne Styge. De quibus omnibus multa & mira in poetis  
invenies. Ex his denique reversi ad vivos iterum mox  
in personam Illustrem vel humilem pro differentia prio-  
ris vitæ actæ transmigrarent, & qua hujus generis plura  
sunt. Annotarunt hic multi nostri ævi moralistæ hanc  
doctrinam ab eruditis excogitataam esse quod homines ru-  
diiores virtutisque obruti cultiores arque virtutibus orna-  
tiores reddantur, neque his hoc loco obloqui placet  
qui videtur, quod sapientes illi ethnici mores homini-  
num semper excolere laboraverint; Interim hic magis  
causam physicam quam moralem pérquiro, quæ iam  
memorata sit, in aprico est. Hujus sententia maximus  
Patronus fuit Pythagoras, cuius Antecessores fuerunt  
Albinus & Mercurius *Egyptiacus* alias Hermes Trisme-  
gistus vocatus, juxta Tertullianum & antiquissimos scri-  
ptores, qualis vero iste Albinus fuit, in obscuru latet, cum  
in historia literaria multi Albini noti sint. Tertullianus  
libro de Anima hanc opinionem refellit & recenset.  
Pythagoram mortem simulasse & septem annos sub terra  
latitasse, quo hypothesin suam stabiliret. Porro dea-  
nimarum recidivatu revolvibili semper ex alterna mor-  
tuorum

DE TERMINO ANIMAT. FOETUS HUMANI. 17

tuorum atque viventium susceptione, nec non de im-  
posturis Pythagorae ejusque præceptoris Pherecyidis,  
qui magica arte divinasse dicitur: pluribus egit *Tertullia-*  
*mus* l. c. de anima cap. 28. & *Pamelius* in uotis ad hunc locum.

§. VI.

Hanc opinionem quoque fere omnes ethnici cer- Gentiles se-  
co modo assumerunt, quo etiam *Plato*, *Stoici* & ipse Ari- cuti sunt  
stoicis referendi sunt, si saltem in eo distinctionem ad- quidam Jud.  
mitto, quod posteriores crediderint, animos mortuo- & Christ.  
rum noti ad inferos sed ad superos reverti, & abhinc itérum in homines: Id quod plurimis locis manifeste dixerunt: vid. infra §. 9. De inducianis. *Iustus Ipsilon in Physiol. Disp. VIII.* Porro *Judeorum* at iqua pars metem- psychosis defendit, dum nullam resurrectionem eredebat, *Act. 23. v. 8.* & in *Evangelio* ubi de *Elia* & *Mose* re- veris agitur in monte Tabor, nec minus de *Johanne* credebant, eum anima *Eliæ* prædictum fuisse. *Confer.* *Slevogt. de Metempsychosi Judeorum* & *Hornbec. lib. 8. contra Iudeos. Jacob Thorn. l. c. Addit. *Berkmeyerus im vero* mehrten curießen *Antiquario* pene hodierno die huic opinioni addictos esse *Incolas Majorcæ, Minorcæ, Yphi-* seque. *Lischwitz. Lipsiensis Prof. Botan & Physicus in Disp. de origine hominis* addit. *Franc. Helmontium* in libello anonymo: *Seder Olam s. ordo Seculorum* inscripto, hanc conjecturam accepisse. Nec paucis abhinc annis defuerunt, qui *Apologiam Pythagoræ* scripserunt, putantes Pythagoræ non propriæ sed trallatitiae & allegorice atque symbolice esse intelligendum, sed bene hic monet *Lischwitzius*. Non esse faciendum bonum ut veniat malum: addit quoque *Cammerer ir. Untersuchung von der Seelenrc. Dialogum* quendam in lucem prodiisse von dem Wesen der Seelen ubi multa pro hac sententia allegata esse perhibet.*

Missam facio hanc classem cum præter jam memo- ratis hodierno die nemo huic sententia faveat. Nec eam refutando tempus perdere placet quia id jam fece- rint

C

rint gravissimi viri & inter alios dictus Slevogt, & Jacob. Thomasius, Joh. Wake, & D. Joh. Schmidius dissertatione de *Reditu animalium*. Videtur quoque Excell. D. Prof. Henricus Henrici huic sententiae favere, cum ante aliquot annos hic Halæ ceu Prof. Med. Extraord. Disputationem conscriperit de transmigratione animalium. Sed hujus vi-ri sensus longe aliter est dicit enim §. III. Animas parentum transmigrare cum semine in conceptum &c.

## §. VII.

*Metenomatis-  
tista.*

Ad alteram Infusiorum Classem venio antiquorum gentilium, minirum *Metenomatisin*, quod verbum significat migrationem ex uno corpore in aliud. *Vid. Jus. Lipsius l. c.* Hi *Metenomatisa* à Pythagoreis & Metempychosistis orti, itidem admittunt certum numerum animalium, quæ vero non tantum ex homine in hominem seu ad inferos seu ad superioris, & stellas migrant, & revertunt, sed pro ratione vita ante acta, vel in bruta vel in plantas & sic porro ex his demum solitus poenis in homines perveniunt. Hæc opinio semper apud scriptores confusa est cum metempychosi, cuius differentiam vero Tertullianus libro *de anima* & Pamphilus in notis ad eum. Nec non *Jus. Lipsius l. c.* satis luculenter ostenderunt. Convenit quidem in plurimis cum Metempychosi, quare etiam B. L. ad priorem classem remittimus. Autor hujus conjectura fuit Empedocles Pythagoræ discipulus, quem multi deinde sequuti sunt, multi vero simul cum metempychosi hanc acceperunt: Juxta jam recensitos Autores quibus Plutarchum de *Propagatione Animæ* & *Paganum gaudenium addo de Errorre Sectariorum*: Tertullianus vero argumentis destruxit illam. Quare sufficit eam recensuisse, & absurdatatem hujus rei ex ipsa recensione apparere persuasum habemus.

## §. VIII.

*Inductant  
ex Ethnicio.*

Rejectis ergo duabus antiquissimis & falsissimis opini-

DE TERMINO ANIMAT. I. OLTUS HUMANI. 15

opinionum classibus, tertia nobis occurrit, æque antiqua, scil. *Inducianorum* Classis, cui etiam multi Christianorum sese subscripterunt. Hi convenient certe respectu cum antecedentibus, dum præexistentiam animalium admittunt, sed in eo differunt, quod dicunt Formas humanas esse animas non à Deo immediate creari & corporibus infundi, sed in materiam præparatam naturali & inevitabili necessitate è cœlo astrisque inveni & inseri. Hanc sententiam ex Veteribus ethnicis præcipue Stoici & Academici defenderunt, juxta *Justum Lipsium in Philosophia Stoicorum lib. de Physiologia cap. 8.* & *Paganinum gaudientum de Errore Sectariorum lib. III. cap. 19.* Nec non *Tertullianum lib. de Anima cap. 28.* *Bellarminum Tom. IV. de amiss. grat. lib. VI.* *Plutarchum Tom. II. lib. de Propagatione animæ &c.* Verba Autorum hoc probantia exstant hæc. Scilicet: *Seneca ad Helv. Cap. VI.* format questionem unde animat sit? *Resp. à Cœlo ex aeterno illo igne, e siderum natura & sine circuitu a Deo &c.* (Sed omnes hi autores, quando de Deo loquuntur intelligent vel animam mundi Platonicam vel Entelecheian Aristotelis vid supra §. V.) *Cicer. in Somn. Scipionis.* Dicit Hominibus datus est animus ex illis sempiternis ignibus &c. *Plinius lib. II. Cap. 24.* animas partim effecali: *Firmicus lib. I.* Homines cognatos effecili, *Socrates Apul.* dogm. *Platonis animam mundi fontem animam omnium esse.* *Trismegistus ab una universtaniama mnes anima existant & promanant.* Juxta *Lipsum Disp. X. & XII. Horatius lib. 2. Sermon. Satyr. II.* dixit, animam Divinam particulam aure: *Euripides animam dixit, esse Deum,* *Cicer. Tuscul. quæ II. 3.* *Laertius in Zenone dicit,* qui persuasum iis (scil. Sicelis) à Deo, id est, Mundu anima, animam hanc esse; *Anima universæ partes esse animantium anima;* *Plato in Phadone & Timao docet,* quod germina animi Dei delegata sibi mortalium genitura, accepto initio anima immortali, mortale ei circum gelaverint corpus. *Aristoteles vero mox ita, mox aliter sentit nam lib. II. de*

Generat. Animalium cap. III. scribit, Animam igitur in seminibus, conceperibus, scilicet nondiem separatis, haberi poterit statendum est, non alio, priusquam eo modo, quo conceperis, qui jam separatur, cibura trahant, & officio ejus anima fungantur. Principio enim huc omnia, vita stirpis vivere videntur, idem dicendam de intellectu. & sensuali ex his verbis colligendum esset, Aristotelem ad Educationum vel Traducianorum Classem redigendum esse: mox vero in eodem capite dicit: mentis, qua sol divina est, extrinsecus accedere: Ex his posterioribus itaque inducianis subscriptis se, de qua inconstantia & confusione, ex Aristotelis doctrina de triplici anima in hac doctrina orta infra sub classe Educationarum plura occurrunt.

## §. IX.

*Indictiani ex Christianis.* Ab Ethnicis haec conjectura ulterius propagata est ad Christianos, quorum multi animas e caelo in corpora dimitti crediderint: juxta Gaudentium lib. III. de Errorre Sectiariorum & Terullianum, Carpocrates hereticus quidam cum discipulis suis statuit de sublimi virtute animas concepisse. Apelles ejusdem generis homo, dixit referente Tertulliano lib. de anima, Sollicitas animas terrenis escit desuper caelstibus sedibus ab igne Angelo Deo quae ex Platone videntur desumpta. Imo! si omnes obscuras & absurdas expessiones recenseret vellem, chatta & tem pus deficeret: Sufficit haec tantum ad notitiam quandam literariam adduxisse: Confer. ulterus saepe laudati Jas. Thomasi Diffr. de origine anima humana. Planeri Diffr. de Propagatione anima humana: ubi Hippocratem, Galenum, Pernelium, Fratagium, Rudolphum, Goclenium ad hunc censum refert & Joh. Wake l.c. dicit Johannem Comenium hoc trahendum esse, nec minus famosum Jacob Boehm. in Aurora sua §. 96. ita dicentem: Es ist der Geist des Menschen nicht allein aus den Sternen und Elementen herkommen, sondern es ist auch ein Stück aus dem

DE TERMINO ANIMAT. FOETUS HUMANI. 21

dem Lichte und Reesse Gottes darin verborgen se. qui vero in eo à Platonicis dissentit, quod veterius dixerit in prima Apologia contra Balthasar Tielken S. 46f. Quid haec nur eine Eccle erschaffen: cum tamen Plato omnes animas creatas esse dixerit, & quidem totidem ut stellae firmamenti. Sed cum hodierno die nemo sanat mentis huius sententia absurdissimæ & falsissimæ se subscripturum esse credo, illam omitto, quippe quam Planarius l.c. Propos. II. plane destruxit. Nec non D. Buddens in Theol. dogmat. lib. II. cap. II. S. 16.

S. X.

In Arenam descendunt ratione temporis & falsitatis Infusantur jam diversæ opiniones Infusiorum stricte sic dicto stricte sic rurum: Horum permulti ethnicorum vestigiis insistentes dicti. Varias protulerunt sententias & falsissimas & jam dudum hæretibus adnumeratas. Quarum prior est admodum 1) Per Emanationem Dicte, proinde nec proprio creari nec à parentibus tradi, sed à DEO mirabiliter inspirari, seu per Emanationem (ut vocant) ex essentia DEI produci. Hanc conjecturam vocat Bellarminus l. c. lib. VI. amiss. grat. Stoicum errorem, quem primus defendit Philo Judaeus in libro, quem inscriptit; Quod deterius potiori insidetur Fol. II. Animam vocat divina felicisque anima partículam. Quem postea secuti sunt ex hæretorum sectis 2) Gnostici. Manichæi, Priscillianistæ, ut Augustinus refert in libro de hereticis: Et Manichæorum furculi, Apocaritæ, Dicartite, Brachitæ, de quibus præter catalogos hæretorum inspice partim Job. Crispum de Ethnici causæ legendis fol. 67. 68. &c. partim Hieron. Epist. ad Marcellum &c. Jac. Thomasum l. c. & Bellarminum l. c. qui lib. IV. amiss. grat. cap. XI. hanc sententiam multis argumentis refutat. Potissimum argumentum deduxit ab immutabilitate essentia Dei, qua vero animæ humanae nullatenus attribui possit: Plura ibidem B. L. inveniet necnon

C 3

in

22. IMA. DISSERTATIO INAUGURALIS,

in Job. Vake sepe laudato er. von dem Ursprung der mensch. Seelen. Qui etiam Spinosam huc referit. Ex D. Buddens l.c. Weigilium aliosq; addit Ex recentioribus hanc sententiam recoxit Petrus Poiret in Oeconomia Dipina lib. I. cap. X. & XI. Cui vero Summe Reverend D.D. Joach. Lange S.S. Th. P.P. O alma hujus Fridericiana: Patronus meus sempiterna memoria colendus in duobus Prioribus Dissertationibus Anti-Poiretianis de ortu Anima humana agentibus, solidissime respondit & luculentissime demonstravit, hanc opinionem: tam fidei Christianæ, quam sanæ rationi, nec non sacræ revelationi contrariam, & per omne ævum ab Ecclesia Christiana ante & post reformationem rejectam & damnatam esse. Ibi quoque contrarium ostendit, scilicet primam animam à Deo Creatam esse ex nihilo, à qua cæteræ ortum traxere. Idem fecit. D. Buddens l.c. Vid. infra sub classe traducianorum stricte sic dictorum pluribus hujus viri sententiam de propagatione animæ: Meum consensum posterioribus subjicio, cum rationi magis consentaneum esse persuasum habeam, animam Adami creatam esse ex nihilo, minime vero ex essentiæ Dei emanasse, alias omnes Dii esseamus: Sed hæc disquisitio Venerando Theologorum ordini relinquenda erit.

§. XI.

2) Praestantes Anima in corpora tanquam incarceres detinuntur.

Altera Infusianorum stricte sic dictorum secta statuit, animas humanas quidem immediate creatas esse ex nihilo, sed omnes simul ac semel cum Angelis; ac deinde fastidio affectas bouorum illorum spiritualium, quibus in celo fruebantur, amare cepisse res terrenas, idcirco à Deo in corpora tanquam in carceres detrudi, eo tempore, quo corpus sœtus in utero jam quoad plurimas partes formatum est. Bellarminus hunc errorem Platonicum vocat, quem tuetur *Origenes* in libro I. *προτ. ἀγγελ. εἰπ. 7.* Quem multi secuti sunt veteris ecclesiæ patres: Menephrah Ben. Israel perhibet *libr. de creat. problem. 15*, quod fe-

re-

## DE TERMINO ANIMAT. FOETUS HUMANI 23

re omnes Hebrei in hanc sententiam descenderint.  
Quam etiam ex ethnicorum sapientibus amplexi sunt  
(sed alio sensu quam Christiani, qui hanc conjecturam  
ex illorum scriptis hauserint.) Hermes Trismegistus,  
Pythagoras, Plato & alii plures supra jam allegati in eo  
vero differunt posteriores, quod putarint, omnes ani-  
mas simul & semel sub creatione mundi tot corporibus  
inclusas esse, ex quibus dein per metempsychosin trans-  
migrarent, uti supra dictum est. §. VI. Paganus Gauden-  
tius de Errori sectariorum lib. III. cap. 58. dicit: *Greci je-  
quebantur originem spirituentem praecoxitentiam animarum.*  
Hunc errorēm damnavit Concilium Bracarense cap. 6. &  
Lea ibid. cap. 10. Illum destruxerunt, Epiphanius, Hie-  
ronymus, Theophilus Alexandrinus, Augustinus, &  
Cyrillus Alexandrinus, qui ultimus 23. argumentis illum  
profligavit, juxta Bellarminum l. c. qui ipse Cap. XI. thul-  
ta argumenta contra hanc opinionem adduxit. Nititur *Argumenta*  
enim ille falsis argumentis ex falsa interpretatione di- pro G  
storum quorundam desumptis scil. ex Psalm. 114. Contra  
converte, vel revertere anima mea in regionem tuam: & Ps.  
118. *Priusquam humiliter ego deliquerit: Psalm. 141. Educ de custo-  
dia animam meam: Joh. 1. Erat lux quia illuminat omnem  
hominem venientem in hunc mundum.* Priora dicta ex an-

*tercedentibus & consequentibus dijudicata indicant, quod  
certae circumstantiae Davidem moverint talia dicere,  
qua vero proprie non sumvit, nec de carcere anima te-  
stantur; Quia anima fidelis saepe in sacra scriptura & li-  
bris Theologis loquens quasi introducitur, de mis-  
eriis hujus mundi querens; sed hac non proprie intel-  
ligenda sunt; Ultimum vero Johannis non significat,  
hominem in hunc mundum venire, quasi antea extra-  
mundum fuisset, sed quia per generationem coepit esse  
& vivere in hoc mundo.*

*§. XII. minis incipit flexus est  
Tertia Infusiorum stricte sic dictorum cohors cum 3) Praeci-  
prio-sentiam.*

24 MAM DISSESTITO INAUGURALIS,

animarum simul creaturam cum angelis initio conditas esse , ac deinde modo unam , modo alteram ad corpus noviter oriundum mitti . Interest autem inter hanc sententiam & superiorrem , quod haec non doceat , animas in celo peccasse , neque in pessimi peccati corporibus seu carcerebus includi , superior docebat . Sed ideo solum affirmant

*Argum.* *Pro.* animas omnes initio fuisse creatas , ne concedere co-  
cantur , Deum aliquid novi fecisse post diem septimum ,  
cum scriptum sit . Genes . I . Eo die cessasse Deum ab ope-  
re quod instituerat . Huic sententiae se subscripterunt  
aliqui Hebraeorum iuxta Commentarium Rabbi Salomonis  
in cap . 33 . Devieront . & alios Hebraeorum libros : Grego-  
rius Nyssenus libr . de Anima cap . 6 . eam sequutus esse di-  
citur . Sed omnes fere coæcipit patres & autores , qui hac  
de re aliquid scriptum reliquerunt ; testantur hunc li-  
brum non à Nysseno sed potius Nemesio scriptum esse ,  
quia Nyssenus libr . de Opif . hom . ex instituto hanc senten-  
tiam refellit & magis ad traducendam inclinat . testante Bel-  
larmino . c . Alios quoque nonnullos ex Catholicis e-  
jusdem sententiae fuisse scribit Hieron . in Epist . ad Mar-  
cellum : ibidem hanc refellit . Nec minus Thomas dicit :  
*Contra.* *Anima est natura imperfecta & pars hominis , non totus ho-  
mo , ac per hoc naturaliter conjungitur cum corpore , ut for-  
ma cum sua materia . Sic absurdum est , Deum inchoasse  
opus suum a re imperfecta , cum Dei perfecta sint opera , nec  
minus absurdum est , unam partem hominis factam esse initio  
mundi , alteram fieri post multa secula , igitur anima non fuit  
antequam corpori inspirantur . Quia argumenta satis plau-  
sibilia sunt , & ab omnibus subsequentibus Creatianis u-  
no ore defenduntur , cum plurima pars patrum ecclesie  
& postea Pontificiorum , Calvini asseclarum , Zwinglia-  
norum & Socinianorum , creationem quotidianam con-  
tra præexistentiam animarum simul creaturarum defendat .  
Et ipse Greg . Nyssenus Disput . de resurrect . anima dicit Hanc  
doctrinam*

## DE TERMINO ANIMAT. FOETUS HUMANI. 25

doctrinam de praexistentia nullum in se habere firmamen-  
tum stabile, & non pauca depromit ut prorsus tale dag-  
ma evertat, ultro quoque subjungit. Quandoquidem ali-  
qui dicebant animas peccasse antequam corporibus jungantur,  
sed viciositatem eorum aperte indicat: Conf. Gaudent, de  
Errorre Sectariorum lib. III. cap. 10. Si tandem meum ju-  
dicium cum maxima parte Christianorum conjungere  
lacet. Confiteor hanc doctrinam multa difficultate la-  
borare. 1) Cum Sacra Scriptura de unica tantum anima  
Adami creatae restetur Genes. I. 2) Deum non opus  
habuisse illi vim multiplicandi indere. 3) Lapsum Ada-  
mi illis praexistentibus animis non communicari po-  
tuisse. 4) Etsi haec omnia essent nullum locum indi-  
cant ubi affervantur. 5) Deo non possit adscribi, eum  
ex taliaffervatorio quotidie totidem animas emittere,  
& in corpora embryonum infundere: Reliqua Theolo-  
gis ventilanda committenda erunt.

### §. XIII.

Prælibatis igitur minus probabilibus & magis oblo-  
letis Infusianorum hypothesibus ad probabiliorem & u-  
sitatiorem res redit, numirum *Creatianorum* Classem, cui  
pars magna Christianorum per omne ævum usque ad  
hodiernum diem addicta fuit. *Creatiani* vero vocan-  
tur qui perhibent, animas a Deo quotidie ex nihilo  
producvi & post conceptionem factam corporibus tenel-  
lulis jamjam aliquo modo efformatis infundi. De tem-  
pore quo infunduntur admidum inter se invicem di-  
screpant, adeo ut alii cum *Fieno* mox post conceptio-  
nem die tertio, alii 20simo, 40, 50. id fieri conten-  
dant, quando organa jam formata sunt; alii vero cum  
*Hieronymo* in dubio relinquunt, dicentes, nobis hoc  
scire non datum esse, quoniam à sola Dei voluntate &  
Confilio immenso arque inexplicabili dependeret, de  
qua re infra Cap. III. de Termino animationis consti-  
tuendo plura obvenient. *Creationem* quotidianiam  
D qui

qui tuiti sunt contra præexistentiam animarum simul  
creaturum & illarum propagationem per parentes omni  
tempore fuerunt ; Ita, ut ex prima ecclesia Christiana  
multi Patres allegantur à Bellarmino, Drejera, Zeisoldo,  
Voëtio, alisque ; quos vero post Gerhardum Calovium &  
Wildersem, Iac. Thomasius l. c. in parvum numerum redu-  
xit, ita, ut ex Græcis viri duo remanserint, scilicet *Cyrillus Alexandrinus*, & *Theodoreetus*, totidemque ex Latinis,  
*Hilarius* nempe & *Hieronymus*. *Joh. Vake* l. c. affirmat, se  
omnia illorum patrum scripta perrepsisse ad veritatem  
invenientiam, quare *Ambrosum*, *Cyprianum*, *Athanasiu*m,  
*Hilarium Piætavensem*, *Gregorium Nançianensem*, *Maria-*  
*num*, *Victorium Reginum*, *Attelium Prudentium Poëtam*  
*Christianam*, *Gennadium Massiliensem* &c. Quos *Cœlesti-*  
*nus* & aliqui hæreticorum, præprimis *Pelagiani* & *Soci-*  
*niani*, nec minus plurimi Scholastici cum magistro ser-  
tentiarum *Lombardo* lequuti sunt ; ita & post reformatio-  
nem omnes Pontifici, qui hanc hypothesis Articulum  
fidei esse decreverunt in Concilio Lateranensi alisque.  
Nec non *Calviniani*, & *Zwingiani* : Adeo ex Evangelio-  
Lutheranis. *Georgius Calixtus*, *Helmst.* *Drejers* Régiom.,  
*Zeisoldus Jenensis*, cui *D. D. Major* Jenensis contradixit  
*Haespan Calixti discipulus*, qui etiam *Hornejum* allegat :  
*Melchior Zeidlerius* Régiom. & *Zeisius Jenensis* *Sperlingii*  
*Adversarius* : Quos omnes citatis locis invenies, præser-  
tim in *Joh. Vake* tr. von dem Uhesprung menschl. Seelen,  
*Francisc. Buddens* Insti, Theol. Dogmat. lib. II. cap. 2. §. 10.  
pag. 383. addit *Conradum Hornejum* & *Danielem Stahlum* :  
Præter hos quoque *Casparus Reijesius* in Camp. Elyss. iucund.  
quest. Quæst. 51. No. 52. n. 955. multos & Theologos &  
Philosophos & Medicos Autores recenset, qui pro Crea-  
tione quotidiana steterunt contra Traducianos ; ubi  
quoque perlibet ex Rh. digino &c. *Pausania*, quod Chal-  
dæi & Indi primi Autores hujus hypothesis fuerint addit  
etiam *Lactanius* aliosque Veteris ecclesiæ patres, For-  
mula

DE TERMINO ANIMAT. FOETUS HUMANI. 27

tunatus Fidelis Relat. Med. lib. III. Cap. 2. pag. 439. & Caran-  
za tr. de Partu naturali Cap. I. §. 2. Bonaventura & Grego-  
rius Horstius in Anthropologia lib. II. cap. X. quest. 1. mul-  
tos medicos, philosophos & JCTos allegant. Quibus  
accensendi sunt. Riverius, Volkenius, Scaliger, Joh. Bo-  
dinus, Casmannus, Pneus, Bonaciolus, Platerus, multique  
alii. Ex Reformatis Joh. Brunnus Prof. Gröningenfis  
in System. Theologie Didactice & Elenctica Vol. I. Part. II. cap. 13.  
loc. 7. de Homine §. 9. & Nuperrime ex Pontificiis P. Maria-  
nus Brokje Scoto-Benedictinus P. P. O. Erfordiensis in Disp.  
de origine anima Rationalis in homine. Anno 1708. habita D.  
Gälicke Prof. Francf. ad Viad. Disp. de Partu Octimestri §. 19.

§. XIV.

Argumenta eorum Cardinalia & potissima quibus Argume-  
nti nituntur sunt 1) de mortalibus non potest quicquam Pro et  
nisi mortale generari. Homo est mortalis. E. Resp. Contra.  
Non totus homo mortalis est, sed tantum quoad corpus,  
quare ab anima ceu immateriali parte essentiali hominis  
provenire potest immateriale. 2) Quicquid naturaliter est  
incorruptibile & immateriale, illud quoque non potest ge-  
nerari, quia unius corruptio est alterius generatio. Anima  
est incorruptibilis & immaterialis. E. Resp. Distinguendu-  
m est inter generationem mere physicam corporum  
materialium & generationem Animæ. Nam corpora ge-  
nerantur ex plurimis elementariis principiis mediante  
mixtione & compositione plurium partium similium &  
dissimilium. Animæ vero generantur ab uno ente simpli-  
ci & immateriali, ita ut ab uno plura siant, tantum quoad  
numerum, non vero quoad essentialiam differentia. 3) Ge-  
neratio fit divisione & Conjunctione, Anima vero est  
Spiritus indivisibilis. Enon potest generari sed debet  
creari. Resp. 1) Divisibilitas non contradicit essentiali spiri-  
tus, nec spiritus fit materialis si dividitur. 2) Distingui-  
endum inter divisionem mere physicam & pnevmati-  
cam. Prior convenit materiis, posterior vero spiriti-  
bus,

D 2

bus. a) Nam ipse Deus genuit Filium suum ab æterno & Spiritus S. ab utroque procedit teste sacra scriptura: ibi divisio sed non materia. b) Animæ qualitates consistunt in motu quo etiam perficiuntur: Motus vero numerica divisio quotidie nobis ante oculos contingit: sed inde non fit materia. Confer. D. D. Presid. *Physica cap. III. de motu & Physiologia Cap. 2. de generatione & Lischwitz Disput. de ortu hominis §. 18. p. 9.* ubi bene assertum non contradictorium esse, spiritum generare spiritum, sed contradictionem esse, materiam generare materiam intr. §. 25. 4) Quod non cum corpore perit, illud non ex corpore fit sed creatur. Anima non cum corpore perit. E. Resp. Hic distinguendum inter id quod ex corpore fit, & id, quod cum corpore quoad tempus, non vero quoad substantiam fit. Nam anima non fit ex corpore nec cum corpore ex eadem substantia, sed tantum quoad tempus, scilicet, Anima fit eodem tempore, quo incipit corpus struere. Ergo Anima non cum corpore perit. 5) Ultimum est. Qualis origo Animæ in Adamo, talis quoque posteris convenit. Atqui Anima Adami creata & infusa est, Ergo & posteri. Resp. Per instantiam qualis origo Corpori Adami, talis quoque posteris convenit. Atqui Corpus Adami est a Deo immediate fabricatum ex limo terra. Ergo etiam corpora posterorum immediate a Deo fabricantur ex limo terra. Nemo sanæ mentis Christianus vero ultimum concedet, ergo nec prius concedendum erit. Plura ejusmodi argumenta inventae in Joh. Wake tr. vom dem Ursprung menschlicher Seelen. & Jac. Thomasio l. c. Nec non Gregorio Horstio in Anthropologia l. c. nec non Buddeo l. c. nec non Camerer in tr. von dem Ursprung der menschlichen Seele. Dicta biblica ex quibus creationem probare sat agunt, sunt. 1) Exod. 20. Si quis percussit mulierem utero gerentem, abortu subflecente, si foetus formatus fuerit, animam det pro anima 2) Eccl.

## DE TERMINO ANIMAT. FOETUS HUMANI. 29

eleſ. capite 12. v. 17. Spiritus redat ad Deum, qui dedit  
cum. & 33. v. 13. & 14. 3) Luc. 12. Stulte animam tuam  
hic nocte à te repetent. 4) 1. Petri 4. Fidelis conditor  
animas nostras commendemus. 5) Eſaiæ 64. v. 8. 6) A-  
ctor. 17. v. 26. 7) Job. 10. v. 8. 8) Psalm. 139. v. 13. 14. 15.  
seqq. Sed haec omnia hic non quadrant: Confer. Auto-  
res allegati.

### §. XV.

Difficultates creationem novam premetites sunt *Difficultates*,  
ſequentes 1) Deus juxta Genesim II. v. 24 ab omni cre-  
tione ceflavit. 2) Animas peccatorum ſordibus  
involutas, labique quadem infectas a Deo creari, dici  
nequit. 3) Deum vero puras creatas animas corpori  
immundo infundi, pugnat cum iuſtitia & misericordia  
eius. 4) Stante creatione nova Deus eſſet cauſa pecca-  
ti. 5) Peccatum originale non potuiflet propagari,  
quia anima eſt ſubiectum peccati, non vero corpus.  
vid. Buddeus Inſt. Theol. Dogmat. lib. III. cap. 2. 6) Stan-  
te creatione homo eſſet deterior brutis, quia non po-  
ſit ſui ſimilem propagare &c. Plures invenies in locis  
citatibus & in Planeri Disp. de propagatione anime humana  
Propof. III. pag. 19. seqq.

### §. XVI.

Repositis denique Infuſianorum opinionibus per- *Educiantur*  
ſcrutandæ veniunt Traducianorum clafes. Ordinem ve-  
ro naturalem temporum & gravitatis materiae ſequen-  
tia ab *Educiantur* periculum facio. Qui ita vocantur,  
quia affirmant, animam vel e materia educi vel poten-  
tia materiae excitari. Hanc ſententiam tuebantur o-  
mnes, qui animam mortalem & materialem eſſe volue-  
runt. Ex antiquissimis gentilibus. Enbulus, Critolaus,  
Xenocrates, Thales mileſius, Heraclitus, Diogenes cynicus,  
Democritus, Zenſippus, Dicaearchus, Aclepiades, Heraclio-  
des, Ponticus, Hipparchius, Archelais, Chrysippus, Lucre-  
tius, qui Cleanti manum portigunt. Peripateticī, nec  
minus

D 3

minus Epicurus cum asseclis, cæterique hujus sententiae fuerunt, uti Aristoteles, Cicero, Plutarchus, Macrobius, & Gregorius Nyssenus testantur, Zeno juxta Laertium dixit, *Hominis semen, quod ipse emitit, tam humido incerti anima paribus secundum mixtionem rationis.* Epicuri sententiam in eo sequunt sunt Sad lucæ, quorum Lucas Actorum 23, v.8. mentionem fecit, quod animam ejusdem naturæ & conditionis cum brutorum animabus faciebant. Nempe mortalem, ita ut Menassib Ben Irael lib. 1. de resurrectione mortuorum dixerit: *Anima humana inquietum nihil aliud est, quam spiritus vitalis inherens sanguini, nam per hunc vivimus, agimus & movemur.* Neque alia differentia intercedit inter animam hominis & bruti, quam quod anima hujus sit irrationalis, illius vero rationalis, ceterum origine, vita & morte pro�sus pars sunt & aequalis conditions. Hujus sententia Autorem fuisse Avverroen, Planerus perhibet l. c. pag. 9, quem Peripatetici sequuti sunt, item multi Scholastici, & quidam Philosophi ac Medici. Confer. Tertull. lib. de Anima cap. 28. & Just. Lipsius in Physiol. Dissert. VI. Ex Philosophi post reformationem Harenreuterus Argentoratensis dixit, censemus, si homo generatur, quod simul ipsius animus generetur, & quod in semine hominis potestate tunc animus & postea in actu traducatur. Juxta Goclenium p. 259. Timotheus Brighius Medicus Cantabrigensis dixit, tam à corpore quam ab anima semen venire vid. Goclenius l. c. pag. 191. Voëtius Disp. sel. pag. 704. Huc pertinet Dikinson, qui in physica veteri & nova sibi persuadet generationem optime modo chymico explicari posse, ita, ut ex mixtone seminum materialium flammam spiritualem quasi concipiatur, sicut ex Spiritu Nitri fumante & oleo æthæreo flamma exoritur. D. D. Buddens in Theol. Dogmat. lib. II. cap. 2. § 16 pag. 399. huc Spinozam, Hobbesium aliosque trahit. Planerus l. c. aliquos hujus hypotheseos fautores recenset illosque perstringit, quare plu-

## DE TERMINO ANIMAT. FOETUS HUMANI. 31

plures huc referre supervacaneum duxi: Interea ad hunc censum quoque reducendi sunt illi medicorum, qui vim blasticam, microcosmetorem, Archeum, aliaque sexcenta absurdissima principia generationis animam excitantia sibi effinxerunt.

### §. XVII.

Maximam in hanc doctrinam introduxit Confusio-  
nem Aristoteles lib. II. de generatione cap. III. quod tres ani-  
mas sibi fixit de quibus ita varie scribit, ut vix possibile sit  
ejusmodi genuinam exaurire, nam mox ait, Has an-  
imas a parentibus pervenire, mediante semine, ita, ut pri-  
ma anima vegetativa, hac corrupta sensitiva, ex illa de-  
mum rationalis proveniret. Confer, Licitus de ortu anima lib. I.  
Mox vero dicit animam vegetativam & sensitivam pri-  
mo conceptui a patre tanquam cause efficiente commu-  
nicari, Rationalem vero ab extra provenire, Icilicet ex  
universali quodam spiritu seu Intelligentia quam intel-  
lectum agentem vel Entelecheian vocare mos est; ex  
quo spiritu omnes animas rationales in corpora infun-  
derentur, sicut a sole radii in terras radiant. Confer,  
Jacob Thomas, l. c. & supra §. IV. Hanc sentiam jux-  
ta Licitum Averrois & Avicenna Mahumetani Medici se-  
quuti sunt, qui hunc intellectum agentem simul ani-  
mam seu spiritum mundi esse voluerunt & Colchodeam,  
quasi animae datricem vocarunt. Confusio haec anima-  
rum pene omnes Medicos contaminavit, ut ante ali-  
quot tempus paucissimi essent, qui hanc distinctionem  
non agnoverint. Vid. supra cap. I. §. IV. Quare haud  
commodo ad certam classem redigendi sunt, nam ra-  
tione animae vegetativa & sensitiva ad Educianos, ra-  
tione animae rationalis vero ad Infusianos multi, plu-  
rimi vero ad Traducianos accedunt: Confer, Riverius in  
operibus Instit. cap. de Generatione. Casmannus in Psycho-  
logia pag. 204. Scaligerus in subtilitatibus ad Cardanum  
Exercit. 290. Willisius de Anima Brutorum, Welthuysius 17.

de

de generatione &c. Infusiani quoque ipsi hanc distinctionem sustinuerunt, quo partim stante creatione seu infusione animæ rationalis propagationem peccati originalis eo melius explicare, partim vero brutis & plantis animam rationalem denegare possent, cum evidenter appareret, quod necessario illis creaturis principium quoddam movens & vivum inesset. Tam firmiter quoque hac triple animæ in spiritu Philosophorum & medicorum hæsit, ut hodierno die non plane extincta sit. Confer. Lœsberi Disp. de *Animâ Hominis Materiali*, ejus Disp. *Cogitationes de Animâ Humano Sobrie*. Wunderlich. de *Animis Platonizantibus*, & Excell. D. D. Henrici Disp. de *transmigratione animalium*. Quamquam partim Cartesius cum suis asselis, partim Mechanici, partim vero alii Celeberrimi Viri & ex his Hukr. Stahlius ejusque Discipuli & Fautores luculentissime demonstraverint, confer. D. D. Praesidis *Physiologia cap. I. & Philosophisch und Medicinische Schriften p. 47, 48, 208.* unicam tantum scilicet rationalem animam dari, quæ omnes illas facultates exserat, quas tot animis, potentiss, qualitatibus occultis &c, attribuerunt Philosophi & Medici.

## §. XVIII.

*Spiritualista.* Ab his parum ab ludunt ita dicendi *Spiritualista*. Hi autem, animam tanquam principium incorporeum & immateriale, non posse in corpus crassum immediate agere, sed per materiam quandam subtilissimam ad motus suscipiendo aptissimam agilissimamque, motus suos exserere. Hanc materiam subtilissimam propter analogiam spiritus vocant, quod nihil subtilius datur spiritu. Horum spirituum imperium anima rationali tribuunt, ipsisque vero certam vim movendi, agendi, hoc vel illud negotium in corpore occurrentis perficiendi demandant. Perficiuntur vero plurimi actus in corpore nostro, qui præ aliis majoris momenti sunt e.g. circulatio sanguinis, sensatio, generatio &c.; quos unice eidem-

DE TERMINO ANIMAT. FOETUS HUMANI. 33

eidemque spirituum generi adscribere nolentes, pluribus ejusmodi attribuerunt. Inde spiritus animales, Vitales, Genitales, pluresque effuxerunt, hisque peculiarem actum nobiliorem assignarunt, quo factum est, ut negotio generationis, spiritus quosdam genita'es præficerint. Hi spiritus vero directionem animæ non excludunt, ergo simul cum ipsis anima per parentes foeti communicatur. Differentia saltem in eo consistit, quod animam non è materia vel potentia materiæ, quales hæ spiritus sunt, emanare contendant, sed saltē excitari fatigant. Ex his apparebit, me non peccasse, si spiritu-aliftas ad Classem generalem Traducianorum redegerim. Patronos horum spirituum tot invenimus, quot fere Medici per longum tempus vixerunt, postquam triplex anima aliquo modo evanuit, multi vero eam simul agnoscunt. Quare omnes hic recensere occasio non permittit. Præcipui vero qui præ aliis spiritus genitales in hoc officio admiserunt, sunt. *Mobius Jenense* quondam decus in *Institut. Med. Sebiziis in Disput. de spiritibus corporis humani.* *Mich. Etmüllerus in operibus Instit. Physiol. cap. 22.* & *Wirdigius in Medicina spirituum.* *Rallius tr. de Generatione,* qui omnis generis spiritus descripsérunt eorumque indolem, officium &c. recensuerunt: quos B. L. evolvat, & ibi plura de his inveniet. Nostro tempore vero ejusmodi spiritus genitales maximam in partem virtute sua privati sunt, officiumque eorum aliis concretum est vel animalibus vel vitalibus, quorum ulteriorum patronos ad hanc classem non refero, cum illistantum non attribuunt, quantum antecedentes fecerunt: Saniores vero Medici etiam illis valedixerunt, & succum quendam Nerveum loco illorum admittunt, quem etiam sæpe Laudatus *Illiustr. Stablius* multique alii cum illo sentientes è re Medica rejecerunt; conf. *D. D. Presidis Physiolog. cap. I.*

E

S. XIX.

## §. XIX.

*Vermiculis.*

Porro in Scenam transcendunt *Vermiculis*, qui asserunt in semine humano prima jam esse lineamenta hominis, generationemque nil aliud esse quam nutritiōnem & ulteriore expansionem seu evolutionem vermiculorum, animaculorum vel homunculorum talium, quorum aliquor myriades in semine virili continerentur. His animalculis animam inesse affirmant, de modo vero quo hi vermiculi ad ovula pervenant illisque insinuantur, multa lectu lepida proferunt Micrographi, nūni vero in re ita sunt, infra videbimus. Primus hujus sententia autor fuit Paracelsus lib. I. de generatione, nec non de vita longa lib. III. cap. 4. Imo iste Paracelsus ope simi equini homunciones producere voluit. Dixit scil. si sphaera humana nutrimentum præbet in Phiala, tunc idea ista humana ulterius explicantur. Confer. Frankenian Satyr. Med. Hunc sequuti sunt alii micrographi, qui semen humanum observarunt. Scilicet. Hokius in Micrographia & Læwenhokius in Experimentis curiosis &c ir. de generatione & in Arcanor. Nat. epist. XLIX. pag. 30. & Epist. CXVI. ita dicit, *Humanus fatus, quantum ego quidem statuo latet inclusus in animalculo ex semine virili.* Cl. Andry *Ou il traite de la Generation des vers chap. XI.* Barkbusen de Medicina Origine & progressu Differ. III. pag. 44. & 45. etiam Hartsoekerum hujus sententia esse scribit, id quod affirmat, Wolffius, Fautor atq; Praeceptor metu plurimum colendus dicens. Hartsoekerum in spatio crassioris arenæ granuli adequatae observasse plusquam 100000. animalcula, eadem per quatuor dies viva asservasse in tubulo vitro Capillari. Confer. Wolff. Physica Experiment. Tom. III. §. 99. Ubi quoque Bonaniuum allegat: Micrographia cuiusdam autorem aliquosque, Wolffius ipse hujus sententia est vid. Eius Phys. dogmar. Cap. 16. §. 445. Nec non in Collegio quodam de generatione mentem suam melius explicavit dicens. *Quam animalcula*

## DE TERMINO ANIMAT. FOETUS HUMANI. 35

cula spermatica remota ab initio rerum praesisterint, quin anima quoque in ipsis adfuerint dubium non est &c. Quoniam tamen preceptiones in anima evoluuntur convenientes, mutationibus in organis sensoriis factis, preceptiones animarum in animalculis spermaticis admodum confusa esse debent, omni actu, reflexione, consequenter & memoria definita, unde sui non conscientia sunt nec inter spiritus locum merentur. Ex his patet, Vermiculorum & animalculorum defensores non immerito ad Classem Traducianorum generalem redactos esse, quamquam a sententia specialis traducionis multum differant, sufficit illos fateri, quod animae ab intra per parentes propagentur. Illorum numero accensendi sunt. Malebranche, Swammerdam, Dalcampius Hagenius, Honoratus Fabri, Sturmius, aliquique, qui duo posteriores, statuunt Seminium vermiculorum in aere circumvolare, quod tandem per inspirationem, cibus & potus hominibus communicaretur, & quae hujus generis plura sunt. Quos improbat Illusfr. D. D. Hoffmann. Facult. Med. Frideric. Senior. Spec. Patronus atque Praeceptor meus etatem colendum in Disput. de Aeribus Foetuum in utero materno. §. 13. pag. 15. dicit, neque nobis concipiendum esse recentiorum quorundam opinionem, quasi DEUS corpuscula innumera organica, qua inservire possint propagatione vegetabilium & animalium in prima creatione produxisse stipenda exigitate donata, & hinc inde in fluidis naturae sive in corpora recipi &c.

### §. XX.

Num verotot experimentis ab his viris allatis fides Num vermis habenda sit in totum, hoc loconon disquiram, sed facultatem existam? gacionibus ingenii committo. Interim tamen notissimum est, quod maxima pars philosophorum & Medicorum nostri ævi illis non accedat, quibus existentia talium homunculorum infirmo adhuc tali stare videtur. Physiologie & Anatomiae aliqua is cognitio ansam praebet de illis dubitare; Constat enim sperma virile ex du-

E 2

plicis

plicis Consistentiæ liquore, quorum alter ex vesiculis seminalibus provectus spissior, & magis gelatinosus alter vero glandulis prostatis emissus liquidior existit, qui sub ejaculatione sibi invicem mixti & in commotionem internam redacti, adveniente aëre motum quandam intestinum elasticum præbent, & undulatione sua vermiculorum innatantium simulacrum producunt, ita, ut spissioris consistentiæ moleculæ liquidioribus innatantes varie motitentur & hinc inde instar animaculorum propellantur. Confer. Verheyn Anat. Part. II. tract. I. cap. XV. pag. m. 64, f qq. Illustr. Stahlii Theoria in Physiol. pag. 360. Dn. D. Praesid. Physiol. cap. II. de Generat. §. 20. qui posterior hanc opinionem privato discurſu pro verme cerebri & monstro phantasiæ solidis declarat argumentis. Præterea quidem non in totum negandum est, vermiculos in spermate aliquando repertos fuisse, sed hic distinguum est, I. Num ad essentiam spermatis pertineant, an per accidens spermati commixti sint, cum ipse Læwenhookius in Continuat. Arcan. Natur. epist. II 3. p. 59. confiteatur, se tales vermiculos reperiisse in spermate, quod 1) in statu præter naturali scil. morbo quodam venereo excretum erat 2) legitimam consistentiam perdidera; 3) in corruptionem abierat. II. Num si insemine adsint, ad fecundationem faciant, an potius illam impediant: juxta Italum quandam in Actis eruditorum novissime editis. Nam hoc erat haec tenus demonstrandum à tantis hujus hypotheseos propugnatoribus: aliarum difficultatum illam prementium seriem hac vice abrumpam.

## Unionistæ.

Medium tenuere beati: Huic canonii satisfacere contendunt Unionistæ, qui inter Creatianos & Traducianos viam regiam elegisse sibi persuadent, astruendo, Animas neque quotidie creari, neque per traducem propagari, sed per unionem ut vocant. Quid vero per istam unionem velint, nullibi luculenter appetet, quamdis

DE TERMINO ANIMAT. FOETUS HUMANI. 37

vis multi & Patres primæ ecclesiæ, & alii Autores passim unionis mentionem injecerint. Usque tandem Clariss. Planerus Prof. Matthes. Wittenbergenſis in peculiari dissertatione *Novam de Anima humana propagatione sententiam 1722. edidit, in qua demonstrare allaboravit eam fieri per unionem & quidem Propositione Vdicit: Animam propagatur unione, in Schol. recenset Autores quosdam pro unione, ut ille putat, pugnantes; sed meo iudicio, obtorto collo hic trahuntur. e. g. ex Meishero adduxit hæc verba, Si aliquid dicendum est de modo propagationis, dicerem, cum esse traductionem, statimque prime tempore creationis animam cum semine a parentibus traduci & propagari, ita quidem, ut semen non existat sine anima, sed E A M L A T E N T E M H A B E A T, que postmodum suas elaborato corpore operationes exerceat: Hæc sunt verba Meisneri: Quis? rogo! posset ex his verbis colligere, quod pro unione militarent? mihi potius videntur pro traduce facere, quam tamen Planerus propositione IV. rejectit. Sed, ni fallor, Autor noster hæc verba in suam partem trahit: Ita, ut semen non sine anima existat, sed eam latenter habeat &c. Quia infra ponit, animas hominum in primis parentibus jam latuisse: Id quod vero ex Meisnero & ceteris adductis autoribus nunquam elici potest, nam hi viripotius volunt, animam feminæ pro vehiculo uti, ipsam animam vero ab anima parentum provenire per multiplicationem numericam, nam hæc est vera sententia traducianorum, quam etiam Meisnerus, ceterique memorati viri sequuti sunt, ut ex illorum verbis manifeste appareat. Ergo Autor noster in dicto Scholio non probat, quod probare vult, eo que ipso uno fulcimento hypotheseos sue destituitur. Scilicet, animas jam in primis patribus sive ut alii dicunt in lumbis patrum latuisse. In Scholio II. contendit probare, quod Stamina futuri foetus in ovario feminæ latent: quem in finem Illustr. Bergerum hujus sententiae*

38 DE TERRA  
DISSERTATIO INAUGURALIS,

pro pugnatorem aliosque allegat. His itaque suffulcus ponit fundamentum unionis dicendo. *Sunt autem cum flamina corporum, tunc animo totius generis humani à Deo in Protoplatis condita.* Ultraque posteritatio humanae partes creata in generis humani parentibus creatione simultanea. Forma fetus cuiusvis, perinde ut materia est ante generationem, sed dect tunc uno. Hinc ante generationem non est homo, quippe qui demum oritur, partibus debito modo inter se unitis. His ita positis, ponitur totum; ponitur homo. Homo igitur si unitae anima & corporis &c. hoc usque Planerius.

§. XXII.

Argumenta  
Contra.

Habes itaque mentum Planeri: sed 1) objicere mihi licet, primum fundamentum ejus esse petitionem principii, ut supra jam demonstraverim, quod scilicet ex autoribus illis allegatis ista sententia non colligenda sit; nempe animas jam in protoplatis latuisse. Autor vero sola autoritate ad hoc probandum uitetur. 2) Quod stamina futuri foetus in oculo attinet. Hoc piæ aliis Brendelius in *dissertat. de Embryone praexistente in ovo* multis observationibus & experimentis comprobare antitur, que tamen multis adhuc laborant difficultatibus, cum tot experimenta in contrarium allegantur à Malpighio tr. de *Ovo incubato*, ubi non omnia stamina inventa sunt, sed prius medulla spinalis cum cerebro, postea vasa sanguifera cum corde & connexis organis, & ulterius cæteræ partes. Vid. *Mangeti Bibliotheca Anatomica* Tom. I. pag. 589. seqq. Pulcherrime Pejerus ad Job. Jacobum Harderum in *Pythagora & Peons Exercito Anat. Med. Famil. Hecate non Hecatomba &c.* Excerpt. eo. p. m. 104. dicit. Foetus si delineatus ante impragationem in ovo existaret, sui vestigium etiam tunc microscopis prodere deberet. Cuius autem bono corru & differentia fessus, si partes corporis omnes in ovo ante jam formata latens? facientis ac evolvendis sis sola forma sufficerent, cum ha-

bsant

## DE TERMINO ANIMAT. FOETUS HUMANI. 39

beant omnia ad imprimenda facui vitalitatem necessaria &c.  
& ulterius dicit. *Dato demum, formatas hominum partes*  
*in mulierum ovaris & vasa inde à prima creatione delites-*  
*cere, concedendum & illud erit, velle Deum, ne fine suo*  
*frustretur, omnia ista ova evolvi ac suo quodvis tempore in*  
*hominem perfici.* &c. ubi plura graviora argumenta addu-  
cit magnus ille Anatomicus & Philosophus qui etiam  
asserit, quod Josephus du Verney in libr. de origine animalium  
& defensione generationis humana ex ovo idiomate suo  
adornate ejusdem sententiae sit contra flamina &c.  
Cui ex recentioribus adhuc viventibus adjungere licet  
Illustr. Hoffmannus l. c. dicentem: *orum sententia nobis mini-*  
*me arridet, qui existimant in Ovario Eve totum genus humanum*  
*delitusse: quod argumentis nonnullis probat.* & Summe  
Reverend. Dn. D. Buddeum, qui in *Theologia dogmar.*  
lib. II. cap. 2. §. 16. pag. 385. dicit. *Que de staminibus cor-*  
*porum dicuntur, quamquam & hac difficultate non careant,*  
*ad animas applicari nequeunt, nisi & hac quodadmodum ma-*  
*teriales statuantur.* Præterea cum hac ratione, ut piuri-  
ma, immo infinita corporum flamina, ita & anima inni-  
re in quolibet homine admittenda sunt: scire velim, si ho-  
mo aliquis nullos liberos gignat, aut non tot liberos, quo in  
eius semine latitant anime, ubi reliqua nostra anima manet:  
Rüdiger *Physica divina* lib. III. cap. XVI. Sct. II. §. 29.  
His accedit III, quod ovula à Brendelio & Bergero al-  
legata atque observata, in quibus tota figura hominis  
videre sicut, non suspicione careant, an concubitus antecesserit, nam hanc circumstantiam plane omittunt illi  
viri, cum tamen 1) observatio occurret in puerilla a-  
more juvenis capta & percita 2) foemina in relicta parte  
placentæ uterinæ: In his personis maxime probabile  
videtur, illas antea concubuisse & principium formans  
à mare quodam concepsisse. Quod denique IV compa-  
ratio cum plantis his velit probare, non video, nam in  
regno vegetabili non duo adsint generantes uti in regno  
ani-

animali. Si igitur in vegetabilibus res dubiis non careret, de staminibus in semine contentis, quod tamen multi physici adhuc negant; Rüdiger in *physica divina lib. I. Cap. IV. Sect. IV. §. 41. p. 163.* attamen à regno vegetabili ad animale non valet consequentia, quia circumstantiae variant rem.

## §. XXIII.

*Argumenta  
pro &  
contra*

Quales fuerunt duo unionis fulcimenta tales sunt quoque illis superstructa demonstrationes, quas breviter percurram. Demonstr. I. Si anima simul sunt creata, propagatio fit unione. A. E. Probatio sequitur in Scholio sunt autem simul creata ideo, quia simul sunt creata omnium corporum humanorum stamina. Infirmitas argumenti & probationis, satis ex antecedentibus patebit. Demonstr. II. Si generatio est unio, anima propagatur unione. Verum est prius E. & posterius. Probatio in Scholio ita audit: *Quia unio non est nisi plurimum.* Quid haec concludant atque probant, aliorum conseruo judicio. Ominosum vero est Autorem nostrum cum meritis Autoritatis pugnare, vid. hoc scholion, ubi *Jacheum* sequitur. Demonstr. III. Si agens naturale non potest producere aliquid immateriale, anima humana propagatur unione. A. E. Prob. in Schol. *Quia facilius est res productas unire, quam res ipsae producere.* Hic pugnat autor pro creatianis adversariis suis. Probatio vero ita comparata est, ut melior non inveniri possit. Doleo tantum illam non probare quod probandum, scilicet, quod agens naturale nihil possit producere immateriale. Vid. supra §. XIV. sub classe Insulanorum, ibi demonstrativi, hoc contradictorium non esse, spiritum generare spiritum. Quod ulterius putat dicens. *Animus est spiritus. Spiritum verum producere est entis infiniti. Homo vero est ens finitum. Ergo solus Deus potest producere spiritus immateriales.* Et ne nimis ad Creatianorum castra perveniat, ponit & quidem bene, quod Deus nihil amplius creet. Sed huic jungit. Omnes

verbo

## DE TERMINO ANIMAT. FÖLTUS HUMANI 41

vero animas in principio creavit. *Hoc est πότερον θεός* Buddeus l. c. pulcherime ad hoc respondet cuius verba hac vice mea faciam, *Ant anima revera in semine existunt aut non: Si existunt, nec tamen omnes cum corpore quodam uniuertuntur, quorum tandem deveniuntur? Si non existunt, ergo non simul in primis parentibus fuere condita!* Demonstr. IV. *Si anima non propagatur unione homo est, deterior brutus.* A. E. Prob. in Schol. *Nam si anima non sola propagatur unione, non propagabitur ex substantia humana sed ex nihilo, sive proxime à Deo.* Quisque facile videt quanta infirmitate & argumentum & Probalio labore. Nam datur tertium. *Si enim anima à Deo vim se semuplicandi accepit, non necesse est ex nihilo produci nec creari, sed una anima venit ab altera non essentia nec substantia sed saltim numero differens, & quidem per vim multiplicandi, quamquam modus specialissimus finiendi nos lateat, ab ignorantia vero modi fiendi ad negationem rei non valet consequentia.* Demonstr. V. *Si DEus est DEus spirituum omnis carnis, anima propagatur unione.* A. E. Prob. Schol. *Nam Deus creavit omnes animas, non jam illae à parentibus demum producuntur ex nihilo.* Restat itaque sola carundem cum corpore uno. Ad hanc respondendum est, idem quod ante. Ergo procedimus ad. Demonstr. VI. *Si Peccatum Originale trahitur à primis parentibus, trahetur inde anima.* A. E. Prob. Schol. *Nam anima est peccatum πότερον deservit &c.* In hoc nos habet consentientes, nisi statueret animas in protoplastis segregatas ab invicem existisse, ad quod supra responsum est §. 22. Demonstr. VII. *Si Massa Christi fuit preservata, anima propagatur unione.* A. E. Sed ad hoc Argumentum paucis regero, à Christi Generatione supranaturali ad nostram generationem naturalem non valet Consequentia. Ex his allatis apparet, quanta veritas huic novae sententiae de unione insit, & cum hanc unionem per parentes fieri, conce-

dat Planerus, illum non immerito ad classem Traducianorum generalem redegli. Celeber. Buddeus l. c. p. 385. *hanc sententiam in genere rejicit dicens.* Praeterquam vero, quo l. hac ratione προνταξεις quedam animarum iterum introducitur, quam facilius assentantur, quam ex sacra scriptura probant; quo factu & hoc cum anima immaterialitate & immortalitate conciliari queat non video &c. Praeter Planerum quoque unionis cuiusdam mentionem faciunt Creatiani & ex recentissimis, P. Brokie Diff. de origine anima rationalis p. 8 §. 11. & 12. dicit hanc unionem per parentes fieri, allegataque plures autores. Cetetani, Soncinatini, Ruvium, Conimbricenses, Robert Baroniūm aliosque. Sed verba ejus ita obscura, & scholasticis terminis comta sunt, ut genuinus ejus sensus erui non possit.

## §. XXIV.

*Traduciani.*

Prælibatis denique plurimis opinionibus tandem ad ultimam pervenio scilicet Traducianorum: à traduce ita dicti, quia statuunt animam propagari per parentes & quidem vi multiplicationis à DEO insita, ita ut anima foetus ab anima parentum quasi traduceretur, sicut surculus ab arbore, seu ut candela accenditur ab altera candela sine interitu & assumptione ipsius. Simile vero hoc loco tantum illustrationis gratia usurpatum, propter commodam significationem, non vero, ut rem ipsam exhaustiat, quare multi celeberrimi viri non habent, cur ab hac voce abhorreant. Sperlingius in Antropologia dicit. *Traducem metaphorice sumi pro transvectione anima que fiat spermatis beneficio in hominis generatione, & in Defensione Synopseos dicit: Tradux est semen propagini respondens, quo generans genito formam novam specie eadem, numero diversam, communicat, & porro Traductio est forma nova numero diverse, specie ejusdem à generante in generationis actu mediante semine, producitur.* Ex his patet, qui per traducem & traductionem intelligi volunt

Tra-

DE TERMINO ANIMAT. FOETUS HUMANI. 43

Traduciani. Est vero hæc sententia omni tempore pro optima habita, quare etiam plurimos per omne ævum ad hodiernum diem usque invenit Propugnatores, qui Creationis sese opposuerunt, nec non cæteris infusaniis. Primus inter Christianos fuit *Tertullianus*, quem alii juxta *Planerum Propof.* I. ad *Eduianus* quoque rese- runt & eum accusant, ac si animam corpoream & mate- rialem statuisset, quia vox *corpus* ei erat, id quod nobis substantia est, ut ipse ex libro ejus de anima colligere oc- casionem habui, ubi quoque de hac suspicione se libe- rat, si dicit capite 8. ni fallor. *Anima est immaterialis, simplex, indivisibilis, immortalis &c.* Hunc sequutus est *Apollinaris* juxta *Hieronymum*, qui etiam affirmat maxi- mam partem occidentalium hujus sententiae fuisse in *Epist. ad Marcellinum*; *Paganinus Gaudenius de Errore Sectariorum lib. III. cap. 58.* Pompejum addit & testatur *Augustinum* magis in opinionem traducianorum pro- pendere. Idem *Gaudenius* pag. 221. dicit. *Pauciores inter pares docuerunt animam creari & immitti, cum plurimi in alias sententias abierint nimisrum Traducianorum, quamquam ipse Gaudenius creationem defendit.* Id quod *Hiero- rymus, Augustinus & Hugo Eretrianus* testantur. *Angu- stinus* libro de heresibus hanc sententiam tribuit *Lucife- rianis*, quare & scholastici cum *Lombardo* & *Thoma Aquinatus* illam sententiam hereticin vocant, sed non omnes juxta *Thomam* p. 26. §. 58. Ipse *Augustinus* vero primo creationem admisit, postea vero cum *Pelagius* inde ne- garet peccatum originale, sententiam Traducianorum accepit contra *Palagianum*. Id quod ipsi Pontifici in multis locis testantur. Plures patres primæ ecclesiæ qui pro traduce steterint in venies apud *Jac. Thomam* & *Job. Vake* l. c. Qui etiam affirman, quod ecclesia *Aethio- pie* hujus sententiae fuerit. Dicent enim *Thomas*. p. 25. Eadem *Aethiopum* hand dubiam, quia a veteribus acceptam anno 1534. Davidis *Aethiopie Imperatoris* ad *Johannem III.*

## 44 DISSERTATIO INAUGURALIS,

Lusatia Regem Legatus scripto complexus est. In ea inter alia haec leguntur. De animarum propagatione omnes sine ulla hesitatione in hac sententia versamur, omnium hominum animas ab Adam prostricisse & ut caro nostra ex seminio carnis Ada, ita quoque anima nostra quasi lucerna in Anima Ada accense originem suam & naturam ex Adam trahit: Ex quo apparet nos omnes semen esse Ada ex carne & anima. Leguntur haec addita Davidis Chytrae oratio i de Stat. eccles. in Grac. p. 200.

## §. XXV.

*Post Reformationem* Alios autores ante reformationem, qui huic sententiæ supseriperunt, idem allegavit, quibus Joh. Vakel. c. plures omissos addidit. Post Reformationem vero omnes, qui Lutheri doctrinam apprehenderunt praeter Brentianum, qui Comment. in Genes. Tom. I. opif. 332, infusioni fayet, cui accensendi, Calixtus Drejerius. &c. vid. supra Clas. creationorum. Lutherus ipse sub initio dubius fuit. vid. Tom. IX. Altenb. fol. 1428. Postea vero menteru suam pro traduce satis declaravit. testantibus, Andrea Musculo, Chemnitio, Davide Chytrao aliisque, qui ipsum audiverunt: conf. Jac. Thom. in appendice. Philipp. Melancthon in Enarrat. Symb. Nicen. [quam quadriennio post obitum Lutheri scripsit] Tom. I. oper. fol. 413. Quæstio inquit agitur, quomodo in Anima peccatum esse possit, cum anima immediate creantur a Deo. Ad quod facilis & plana responso est si dicimus, animas extraduce iriri, quod Augustinus & alii multi docti & sapientes magis senserunt. Postea omnes paucissimis exceptis hunc sequunt sunt quorum Joh. Vakel. c. Nec non Baierus magnum numerum recensent usque ad suum ævum. Quibus adjungendus est D. Joach. Lütkemann in Vorschmacz göttlicher Gute part. II. Medicos vero & Philosophos usque ad Sennertum, recensuit Partim. Jac. Tom. I. c. plurimos vero ipse Sennerus in tr. de Confessu & dissensu Chymicorum. Qui vero post eum vixerunt allegavit Gregor, Horstius in Anthropologia

## DE TERMINO ANIMAT. FOETUS HUMANI. 45

logia lib. II. Exercit. X. Nec non ipse Job. Vnde & Cœ  
mpter. tr. Von der Seele des Menschen &c.

§. XXVI.

Nostris temporibus omnes Evangelico Lutherani traducem defendunt nec de illa sententia discedere possunt salva doctrina de peccato originali &c. Controversiam vero de peccato originali Theologis relinquo. Quorum ex recentioribus Incomparabilis B. Spenerus passim in auro pretiosioribus scriptis suis traducem defendit ex quo varios textus D. D. Praeses in suis discursibus proferre & allegare solet. A quo non in totum dissentit magnus Ille Buddens, qui quidem *in ἡχειν* elegit. Sed in *Elementis physiologiae instrument.* Tom. II. Cap. VI. §. 9. p. 122. & *Theologie dogmat.* lib. II. Cap. II. §. 16. pag. 366. ad traducem inclinat dicens. *Neque enim aliud quid dici potest, quam vi benedictionis divina & juxta ordinem à Deo constitutum, posito, nec impedito aīlū generationis, statim etiam exsistere animas,* quomodo hoc fiat ignoramus. Idem enim statuant traduciani saniores, nam vox tradux non involvit eductionem e materia vel semine, neque volunt, traduciani, quod una anima alteram producat ex nihilo, ut putat Buddens. I. c. pag. 384. sed una procedit ab altera vi multiplicationis, ipsi à Deo inditæ, quare egregius ille vir non à voce illa abhorreat, sed rem ipsam inspiciat necesse est, & sic conveniamus in re, in verbis enim sumus faciles. Interim in hac Alma Fridericiana omnes Summe admodumque Rever. Theologi & plurimi ex ceteris facultatibus pro traduce sunt, ut partim ex ore Maxim Reverend. D. D. Langii aliorumque audire mihi concessum fuit. De Lipsiensibus idem testatum mihi fert amicus quidam ibi degens. Jenenses & Helmstadienses *in ἡχειν* quidem elegarunt, ad traducem vero magis inclinant juxta amicorum quorundam exinde relationem. Wittebergenses & Tübingenses acerrimi hujus sententiae semper fuerunt & adhuc

F 3

sunt

Nostr. ev. Theologi.

## 46 DISSERTATIO INAUGURALIS,

sunt Propugnatores. De Rostochiensibus plurim. Revend. Dn. M. Okel Ecclesiae Marienæ Hallensis Archidiaconus Fautor ac conterraneus meus multum colendus ejusdem me certiorem fecit Communicando M. S. S. eximii Nominis Theologi Fechtii, ubi traducem defensit, id quod de Crakwitzio, Weidnero, Carterisque almae Rosarum professoribus Theologiae testatur. De reliquis Academiis Lutheranis aliquid certi experiri occasio mihi desuit, ratio vero suadet, quod cum plurimis sentiant.

## §. XXVII.

*Medici & Philosophi recentiores.* E Medicorum & Philosophorum schola post Senternum & Collegam ejus Sperlingum traducem defenserunt. Celeb. D. Christ. Vater Wittenbergensem Decus. in Physiol. experiment. Sect. VII. Cap. II. §. 6. pag. 490. ubi dicit. primam animam a Deo creatam esse, ceteras vero per benedictionem divinam multiplicari & quidem 67. dicit. Imo etiam benignissimus Creator praterea spiritum huic benedit, ut contra spirituum aliorum morem, una cum corpore suo per generationem se multiplicare possent & propagare, id quod p. 492. Qu. II. pluribus probat argumentis. Nec minus in Disp. de Sterilitate utriusque sexus, partim in praefatione partim cap. I. thes. 1. & 2. ubi in specie dicit. Tametsi quidem ratione vixasse qui quis possit quemodo substantia ejuandi immaterialis & vere spiritualis per ejusmodi unionem & copulam seminum materialium generari possit, sufficit tamen, quod sciamus, benedixisse Creatorem omnipotensissimum omnibus viventibus & in specie homini, ut crescent & multiplicarent se, qualibet secundum speciem suam, i. e. non solum secundum animam, quippe sola dat esse distinguere & operari specificum. Neque contradicit spiritum ex facultate divinitus concessa, produceres posse alium spiritum, modo scil. spirituali. licet modum illum productionis nondum satis intelligamus, quemadmodum etiam, animam nostram corpori intime coherere, vel inharrere, ejusdemque organa

## DE TERMINO ANIMAT. FOETUS HUMANI. 47

organis pro arbitrio dirigere, quicquid videmus, licet modum  
infectionis & directionis exprimere satis nequeamus. &c. In-  
venies hic quidem non voculam traducis i. traductionis.  
Sed genuinam mentem traducianorum, quanquam etiam  
hinc inde vacula traductionis utatur celeb. ille vir; uti  
etiam sequentes autores, Tob. Knoblochius Ph. & Med,  
D. Onolsbaciensium Physician quondam meritissimus, in Disput.  
Anatom. & Physiol. Disput. 24. cap. 2. §. 2. p. 880. dicit Post-  
habitus alitorum in hac parte opinionibus statimvis, animam  
rationalem facultatem velut ipsam animam, ab animabus  
parentum sicut corpora a corporibus propagari, quam pro-  
pagationem vocant ex traduce. Gregorius Horstius Marpurg-  
ensis olim Prof. Med. & Reipubl. Ulmenfis. Archiate-  
atque Director. Colleg. Med. in Anthropologia lib. II.  
Exercit. X. Quest. II. p. 220. Ejusdemque Patruus Jacob.  
Horstius Acad. Juliae quondam Profess. Primar. Med. lib.  
8. operis germanici de occulis natura cap. XI. qui duo  
viri vacula traducis utuntur. Andr. Jul. Bötticher Acad.  
Julia Prof. in Disp. de respiratione fetus in utero 1702. ha-  
bita §. V. dicit, in primo creatianis aëre spiritum quendam  
vivificum semini per potentissimum illud verbum multiplici-  
camini concessisse videatur summus rerum omnium Conditor  
Deus, qui materialem partem omnem adiutat & vivificat.  
&c. D. Georg. Francus Phil. & Med. D. P. P. O. & Procan-  
cellarius Acad. Heidelbergensis, in Corall. II. ad Disput.  
de Ambustis. D. Lud. Fridr. Jacobi Prof. Med. Erfordien-  
sis &c. disput. de Anima Causa morborum proxima thes. 29-30.  
seqq. ubi de morbis hæreditariis loquitur, eos per gene-  
rationem mediante anima propagari assertit. Nec non  
M. Matthias Gruvius Prof. Philos. quondam ibidem in  
Disp. de origine Animæ pro traductione stat. M. Hen-  
ricus Kippingius in insti. phil naturalis lib. 9. cap. 3. Am-  
mannus Lipsiensium quondam ornamentum in Paraph.  
de emendand. Insti. Med. Cap. IV. §. 12. pag. 14. Densingius  
Prof. Med. Gröningensis tr. de nutritione animalium Secl.

I. §. I.

## DISSERTATIO INAUGURALIS,

I. §. 1. pag. 2. Quirinus Rivenus Celeber. Lipsiensium Prof. Med. ejusdemque Facult. Decanus Perpetuus & Senior ante annum circiter ex hac vita dilectissus in Disput. de Spiritu Vitali Cap. III. §. 6. Ejusdemque Acad. Professor. Med. Polycarp. Gottlieb Schacher. Disp. de Consideratione anima Medica §. IX. p. 45. & 46. Nec non in Disp. de Re-  
sto Rationis & Experiencia usū §. 7. pag. 15. non quidem aperte sed implicite ad traducem inclinat. Celeb. Bob-  
bins de offic. Med. Dazl. Part. II. c. V. p. 622. dicit quidem:  
Item hancoc [scil. de origine anima] for an nunquam ter-  
minari posse: propendet Nihilominus hoc eis in circulo.  
Physiol. Anat. Progymnasm. I. pag. 17 magis sperma deci-  
duum statuere videatur. Læscherus itidem Lips. Prof.  
Med. disp. Cogitationes sobria de anima humana §. 7. vim  
fese multiplicandi anima adscribit, sed modum fiendi  
ignorare satetur. Prae cæteris vero traducem defendit.  
D. Lischwitz Lips. Prof. Botan. & Archiater reipubl. Lips.  
in disp. de Ortu & Propagatione hominum. §. 16. seqq. Illustr.  
Stahlus in Theoria Medica. Physiol. Sect. IV. de generatione  
pag. 494. aliquaque locis Confutat. Dn. Preses in Physiol.  
Cap. II. de Generatione §. 57. multisque aliis locis: Ex-  
cell. Dn. Coschyrwitzius in Physiol. Sect. I. C. VII §. 39. Christ.  
Frid. Richter. Med. Doct. & Practicus Hallensis Celeberrimus.  
in seinem Unterricht von der selbst Erklärung des  
Menschen in I. Theil. Cap. 2. §. 2. pag. 43. Excell. Georg.  
Derherding. Alma Rosarum Sidus Med. Prof. ejusque Fac-  
ultatis Senior spectatissimus in Palestra Medica Disp. 29. de  
Generatione & conceptione, Excell. D. Henricus Henrici Col-  
legii Berolinensis Profess. in Disput hic Hale habita  
de transmigratione animalium §. 3. & §. 9. multis argumen-  
tis probat Animam cum semine parentum transmigrare  
in conceptum multique alii. Nec non Clariss. Rüdiger  
Med. D. in Physica divina lib. I. Cap. II. Sect. V. §. 43. 44.  
contra infusianos & §. 45. pro traduce militat p. 103. Aug.  
Frid. Cemerer Med. Doct. & Pract. Zörbigensis Tr. Unter-  
suchung

DE TERMINO ANIMAT. FOETUS HUMANI. 49

suchung von der Seelen qui totus tractatus pro traduce pugnat contra Infusianos. Joh. Jac. Woyten Med. Doct. in seiner Medicinischen und Physicalischen Abhandlung von sein selbst Erklärmis. cap. I. pag. 1. & 2. dicit: Die einträchtige Generation ist so beschaffen / daß sie nicht allein den Körper / sondern auch zugleich die Seele und also den ganzen Menschen zeugen. Beatus Nentherus Argentoratensis Med. Practicus in Physiol. cap. XI. Membr. I. §. 11. p. 533. multis argum traducem defendit. Bauermüller, Phil. & Med. Doct. atque Professor Würzburgen-sis in specimine Theoria Medica Physiol. §. 65. pag. 59.

§. XXVIII.

Argumenta pro traduce Militantia potissima tam ratione quam revelationi convenientia sunt, 1) DEus Animæ benedixit eique indidit vim fese multiplicandi Genes. I. v. 28. 2) Hanc vim multiplicandi in actum deduxit summum numen, Eam ex costa Adami tam quoad corpus quam quoad animam producendo. Quia nullibi mentio sit, de nova Animæ Eva creatione seu in spiratione. Genes. 2. v. 22. 3) DEus ab omni creatione quiescit postquam creaturis benedixit, Genes. 2. v. 2. Quam benedictionem reiteravit. Genes. 8. v. 17. 4) Si aliis animalibus concessum & daturum sit sui similia generare , idem eo magis hominibus competit , alias essent deteriores illis. 5) Totus homo consistit ex anima & corpore ; Si itaque homo hominem generare debet juxta Mandatum divinum, sequitur non tantum corpus, sed etiam animam generari a parentibus. 6) Generatio non contradicit essentia spirituali animæ, neque ea inde pro materiali habenda est, quia consistit in activitate motoria, motus vero in perpetua numerica divisione consistit : Confer Illustr. Siehl. l. c. 7) Anima est subjectum peccati originalis. Si itaque hoc per parentes propagatur juxta Psalm. 51. v. 7. sequitur etiam animam per parentes propagari, 8) Actiones Morales

G

depen-

Argum:  
pro &  
contra

dependent ab anima. In infantibus experimur, eos tam quoad mores quam quoad corpus parentibus similes signi. Ergo necesse est animam tanquam causam hujus effectus a parentibus in infantes transducere. Hisce præcipuis cætera superstrui possunt. Plura testimonia ex Sacra Scriptura occuruntur. Genes. 5. v. 3. Adam genuit filium ad imaginem suam. Genes. 46. v. 26. Omnes anima cura Jacobo in Aegyptum profecta, qua ex lumbis ejus provererunt sunt 66, anima. Genes. 15. v. 3. 2. Reg. 4. & 10. v. 18 Psalm. 132. v. 11. 89. v. 5 ubi foetus respectu patris vitalis propago vocatur. Psalm VI. v. 7. In iniuris conceptus sum & in peccato calefieis me mater mea. Jobi 14. v. 4. Quis dabit mundum ex immundo. Joh. 3. v. 6. Quicquid natum est ex Carne caro est. Quare regeneratione egit I. Petr. 1. v. 23. Ejusmodi plura invenies locis jamjam citatis praesertim in Joh. Wake Tr. von dem Ursprung der menschlichen Seelen. Camerer l. c. Lischwitz l. c. v. 25. &c.

Difficultatum hanc sententiam prementum potissimum sunt 1) Quicquid propagatur per traducem illud extenditur & dividitur: Extensio & divisio vero sunt contra Naturam Spiritus immortalis, adhanc objectionem jam respondsum est supra sub classe infusionarum in Argum. Pro S. Is. Nro. 3. pag. 28. Confer. Lischwitz. l. c. S. 18. & Rüdiger in Physico divina lib. 1. cap. II. Sec. V. S. 45. reprehendite eos, qui ex hoc fundamento volunt animæ materialitatem arcere. 2) Si anima per parentes propagatur, debet, aut e potentia Materiæ educi aut ex nihilo produci. Atqui prius est contra immaterialitatem animæ, posterius vero esset miraculum, quod solus Deus potest producere: In quo Planerus omnem nervum posuit contra Traducianos multique alii celeberrimi Viri. Ast jam supre sub classe Unionistarum ad hoc responsum est. Scilicet dari tertium inter productionem ex nihilo & educationem e materia nempe, quod anima infantis prove-

## DE TERMINO ANIMAT. FOETUS HUMANI. § I

proveniatab anima parentis : licet modus fieri lateat.  
3) Traduciani inter se discrepant, num anima proveniat  
á patre, vel á matre, vel ab utrisque simul : Ergo Hypo-  
thesis illorum est admodum incerta. Resp. Sed quod  
tibi non vis fieri alteri ne feceris. Nam quantum diffe-  
runt adversarii á se invicem, ergo á diversitate circum-  
stantiarum ad rem ipsam non valet consequentia. In-  
terim tamen plurimi Philosophi & Medici in eo conser-  
vunt, animam á Patre provenire, Theologi vero cum  
paucissimis putant hoc contra religionem esse. Quia  
inde sequeretur, quod Christus non habuisset animam  
seu naturam humanam. Sed pace tantorum virorum  
dictum sit, quod hoc nihil probet, quia Concéptio &  
Nativitas Christi fuerunt supra Naturam, & quod hic  
ratione patris humani deficit, illud per miraculum com-  
pensatum est, ut anima Christi humana á Maria virgine  
provenerit. Pro secundo dicunt. Matrem non posse  
totalterationes in Embryone producere, nisi anima fo-  
etus pars animæ matris esset : Hic vero ex natura & Con-  
sensu animarum inter se invicem, longe alia ratio in-  
propatulo est. Id quod Consultiss. Dn. D. Preses in Phy-  
siol. VIII. Argumentis satis luculenter probavit ; qua-  
re etiam hanc classem mitto confitendo, me cum illis  
sentire, qui animam á patre provenire probant. Illustr.  
Stahlius, Dethardingius, Coschwitzius, Nentherus, Bauer-  
müller, Planerus, Lischwitzius, Rüdiger plurimique alii  
tam philosophi quam medici. Reliqua argumenta con-  
tra Traducianos urplurimum prolatæ haud magni mo-  
menti sunt.

### §. XXIX.

Ultimo Paucis videamus Mechanicorum senten-  
tiam. Hirarissime quidem aliquam sententiam de pro-  
pagatione & origine animæ scriptis suis inseruerunt,  
quia sibi persuadent, hoc supra nostrum captum esse ;  
Quare contenti sunt, si omnes materiales circumstan-  
tias

tias in negotio generationis concurrentes recensere sciunt, in quo præstanto maximam impenderunt industriam, multaque bona invenerunt & in lucem protraxerunt, quæ tamen haud principiis mechanicis, quam observationibus anatomicis quadrant; dolendum modo est, tot Viros alias eruditissimos materiæ tantum tribuisse, principio vero rationali, quo prædicti sunt, cujusque beneficio tantum eruditionem acquisiverunt, omnes principaliores vires denegasse. Interim tamen quoad propagationem per parentes ambigit. *Illiſtr. Bergerus*: de Humana natura lib. II. cap. I. pag. 464. dicens: Sed quomodo mens seratur humana & utrumne ea ex patre, an potius ex matre, an vero ex utroque procedat, quæſtio eſt difficultis ac pene indiſſolubilis. Nam comprehendere animo non possumus, qui ex ſubſtantia ſpirituali & individua decideret aliquid ac separari queat. Quæ enim de propagatione anima per traducem & emanationem afferri vulgo ſolent, ea, quia ſunt metaphora & ſimilitudines, à rebus materialibus defumta, cum ſpirituali illius ac individua natura minus convenient. Quare hoc Dei opus mei vim ingenii longiſſime ſuperat, quod præſtat pie revereri, quam audacter argutari. Cum hoc celeberrimo Viro illi, qui mihi conſtant, Cæteri Mechanici conſentiant, & fere iisdem verbis utuntur, ſi aliquid de hac re loquuntur. *Brendelius* in *Difſert. de Embryone in Ovulo praexiſtente ejusdem ſententiae eſt, multosque allegat conſentientes.*

## §. XXX.

*Traducian. hypoth. eſt probabilitior. ceteris.* Omnim Ergo opinionum potiſſimarum hactenus de origine anima humanæ prolatarum brevem historiam, quoad fieri potuit, habes. Me vero ſi quæras cui ſubſcribere placet, lubenter concedo, quod tacendo reſpondere mallem, niſi tot argumentis evictus & edocitus crederem, maximam probabilitatem Traducianorum hypothesi inesse. Quippe quæ 1) magis conueniens eſt natu-

DE TERMINO ANIMAT. FOETUS HUMANI. 53

naturali methodo<sup>l</sup>, nam ipsa generatio sit in natura 2) Privilegium divinum per hanc vere exserit illud crescite & multiplicamini 3) Assimilatio liberorum satis manifeste illam prodit. 4) Totus processus generationis hanc stabilis sententiam 5) Propagatio peccati originalis juxta hanc optime probari potest. 6) Juxta hanc evitamus Deum causam peccati, inustum, crudelem &c. accusare. 7) Hac stante multas difficultates in explicando negotio generationis superare possumus. 8) Imo certum terminum animationis constituere & JCtis aliquid certi de hoc themate suppeditare licet ex hac hypothesi, cui sequens caput superstruendum erit,

CAPUT III.

DE

Termino Animationis Foetus hu-  
mani constituendo.

S. I.

**E**X præcedente capite major certitudo elucescit ad Capiti præcedenti terminum animationis inveniendum & constituen-  
dum, cum inde pateat origo animæ, seu unde prove-  
niat. Duæ ergo classes generales nobis sese præbuerunt, hujus,  
Quarum altera ab extra, altera vero ab intra à parenti-  
bus animam provenire affirmat. Prioris classis vero Au-  
tores uti de origine animæ valde discrepant, ita etiam pa-  
rum inter se convenient de termino animationis. Ergo  
brevissime dissensum eorum proponam, deinde vero  
laborabo certum terminum constituere, ita ut rationi-  
bus & Autoritate optimorum scriptorum evinci possit.

S. II.

Plurimi antiquissimorum nullam fere animationis Animatio fe-  
mentionem fecerunt, quare Petrus Hispanus de Mendacitate post partum,  
G 3 dicit

dicit. *Diss. de Generatione & corruptione. II. Sect. IX. §. II. 2.*  
Ut etiam ex *Anatome* aliquid conjici posse, attamen quia sic  
*Embryonis* periodus, & quod *animationis* initium, nec  
*Hippocrates*, nec *Galenus*, nec *Aristoteles* sciant, novit au-  
tem, qui novit omnia. Sed mea sententia haec responso  
non decet virum eruditum: Si enim haud ultra ollam  
& offam (ut dicunt) sapere, & in rebus arduis statim  
ad Deum recurrere, ibique asylum ignavia atque igno-  
rantiæ querere vellemus, tunc rudis & iners rusticus  
optimus foret Philosophus. Interim tamen non desunt  
ex veteribus philosophis & Medicis, qui de *animatio-*  
*nis* initio egerunt. Juxta *Tertullianum* enim & *Justum*  
*Lipsum* Crediderunt Stoici cum nonnullis Academicis,  
*animam* non in *utero*, sed post partum *Embryoni* seu  
*fœtui* communicari. Unde *Tertullianus lib. de Anima*  
cap. 23. refert. Non in *utero* concipi *animam*, sed effuso jam  
partu nondum vivo infanti extrinsecus imprimi, Ceterum  
*semen exconcupita muliebribus locis sequestratum, moxque*  
*naturali vegetatum compingensere in solam substantiam*  
*carnis, eam conditam & de nicti fornace fumantem & ca-*  
*lore solvant, ut ferrum igninum, & ibidem frigida im-*  
*mersum, ita aëris rigore percussum & vim animalem rape-*  
*re & vocalens sonum reddere. Hoc Stoici cum Eneside-*  
*mo & ipse interdum Plato, cum dicit, perinde *animam* ex-*  
*traneam alias & extorrem *uteri* prima aspiratione nascentis*  
*infantis addacti, sicut expirazione novissime duci. Imo*  
*Justo Lipsio memorante Stobæus in phys. dixit: Stoici*  
*dicunt non statim rationem inseri, verum a sensibus & ima-*  
*ginationibus colligi circa annum I. 4. tum. Lipsius vero be-*  
*ne hic monet, hoc non de *anima* ipsa, sed de usu ra-*  
*tionis intelligendum esse, quia infantes ante I. 4. tum an-*  
*num, parum ratiocinantur. Ex Medicis vecustissimis*  
*Hicetus referente Plinio non parvæ autoritatis Medicus*  
*sovit hanc sententiam, scilicet *animationem* post par-*  
*tum fieri. Plin. lib. 27. cap. 24. & in Atheneo non procul*

ab

DE TERMINO ANIMAT. FOETUS HUMANI. 55

ab initio lib. 7. Nec non testante Tertulliano & Pamelio  
in libr. ejus de anima. Dixit enim Hicesius: jam natis ani-  
mam superduc ex aëris frigidi pulsu, quia & ipsum vo-  
cabulum animæ penes Græcos refrigerationi & vento  
respondet. Ex ea persuasione quoque in partu difficulti  
non veritus est foetum cum spiculo quodam æneo seu  
unco, quem ἐπιθεμέτην vocabant, dilaniare & extra-  
here; de cuius unci usū & ministerio vid. Com. Celsus  
lib. 7. cap. 2. Sed huic se opposuerunt, Hippocrates,  
Asclepiades, Eriophratius, majorum quoque Profectior He-  
rophilus & mitior ille Soranus (qui ultimus tres lib. de a-  
nimæ scripsit) cum certi essent animal conceptum esse  
atque ita miserati infelicissimæ hujusmodi infantia, ut  
prius occidatur, ne viva lanetur, de quo sceleris neces-  
itate non dubitat Hicesius. Testante Tertulliano, qui il-  
lum hanc ob rem perstringit, omnesque cum illo senti-  
entes, nec minus Hippocratem ejusque collegas homi-  
cidii accusat. Si foetum occidant in utero Confer. Bohn,  
Disp. de Abortu salutari. Cum Hicesio quoque sentit Var-  
ro dicens, Anima est air conceptus ore, fervescens in pul-  
mone, tepefactus in Corde, diffusus in corpore: quam opini-  
onem impugnat Plutarchus Tom. II. lib. de propagatione  
anima & Lactantius lib. de opif. Dei Cap. 17, & Pamelius  
in notis ad Terull. lib. de anima cap. 25. Nro. 326.

S. III.

Ab his vero saniores Philosophi & Medici plane *Animationis*  
dissenserunt, cum terminum animationis in medio ge- terminus in-  
stationis tempore plurimi posuerunt, quia motum fœ- certus post  
tus circa illud sese manifestantem pro signo animationis concep- agnoverunt, adversarios quoque cum illo motu contin- nem.  
gente ad absurdum redegerunt, quibus plurimi infusa-  
norum pér omne ævum etiam nostro tempore sese sub-  
scripserunt, plurimique jCti hunc terminum animatio-  
nis assumenterunt, de qua re infra cap. V. plura occurrent.  
Fortunatus Fidelis de Relat. Medic. lib. III, Cap. 2, pag.

56 DISSERTATIO INAUGURALIS;

439. edit. Ammanni. dicit. Ergo cum sarcis constare putem, rationalem animam aliquot a conceptu diebus creari non ita ramen omnibus notum est, quo presertim tempore ad ipsum contingat. Hic autor jam breviorem post conceptionem terminum admittit licet non certum, multos quoque Autores allegat, qui partim quarto menscum Terolio, partim Die 50<sup>mo</sup> cum Asclepiade, partim 4<sup>to</sup> cum Ambrolio Parao, patim 3<sup>esimo</sup> cum Avicenna, partim 2<sup>mo</sup> cum Fernelio animam infundi contendunt; sed distinguunt semper inter maris & feminis animationem, & posteriorem aliquot dies post priorem fieri afferunt. *Resjesus in Camp. Elys. Quæst. jucund Qu. 51. Nro. 52.* Multos autores allegat qui partim mense quarto, tertio, partim die 50. 40, 35, 30. animam infundi credunt Confer. Petr. Garcia Disp. ult. de locis affectis. *Mercurialis lib. I. de morb. mulier. cap. 2. ex Aristot. & Hippocrate* tenet ante 7<sup>mum</sup> diem foetum animari. Omnium vero proxime ad conceptionem venit. *Thom. Feniüs. Medicus celeberrimus.* quippe qui lib. de Format. fatus. *Qu. X. Conclus. XI.* Et in *Apologia adversus Ant. Pont. Sancta Crux, anno 1629.* edita, defendit, animam die tertio post conceptionem in fundi à Deo, quia corpus suum struat. Ego vero ex eodem fundamento probabo animam sub ipso conceptionis actu foeti communicari, in quo consentientes habeo quosdam, qui sub classe Traducianorum generali & speciali occurunt eoque reducendi sunt. Antequam vero rationibus id probem, Autores quosdam, qui præ aliis hanc sententiam tuiti sunt adducam.

§. IV.

Autores ani- Tertullianus lib. de Anima Cap. 27. Imo dictius si-  
mat. & con- mul Corpus & Animam, & concipi & confici & perfici, sicut  
cept simul & promi, nec ullum intervenire momentum in conceptu, quo  
statuentes. locus ordinetur. Hoc probat multis argumentis: Gregori-  
us Nyssenus Disp. de Resurrectione & anima dicit, Postero-  
rem esse originem animalium, ipsasque recentiores esse cor-  
porina

## DE TERMINO ANIMAT. FOETUS HUMANI. 57

perum compositione, nemo sana mente prædictus in animam inducerit. Quum manifestum sic ad perspicuum omnibus, quod nihil ex inanimis habeat in se esse vim movendi pariter atque crescendi. At eorum qui in utero nutritur, neque augmentum & incrementum, neque de loco ad locum, motus controversus atque ambiguus est. Relinquitur igitur, ut putemus unum & idem anima & corporis constitutionis principium esse. Clarissim. Schacher Differ. de Consideratione Anima Medica §. 9. pag. 46. dicit: Quamcunque enim de Anima artis amplectamus sententiam, id extra dubitatio-nis alcum possumus esse opinor, futurum ante Medium gestationis tempus vita jam cum frui. Cum enim formatio ejus si-  
ne vitali motu ne mente quidem concipi posse & præterea embryonis unius mensis paucarumque dierum qualibet pene membra distincte formata exhibeant, atque ita à paulo gran-  
dioribus non nisi magnitudine & teneritudine differant, quis quaeso eas animatas esse, perfracte negaverit, licet etiam  
genio suo indulgens animam rationalem ipsis de negaverit? Et crediderim ego, quod is, qui ejusmodi tenerimum em-  
bryonem abigit & necat, aequi homicidium committat, quam  
qui fecerit ad vel ultra medium gestationis tempus in utero  
viventi vim infert. Siquidem qui negant, animam ratio-  
nalem conceptionis tempore embryoni formando communici-  
eri, hi profecto definire nequeunt, quo gestationis tempo-  
re ea facta inspiratur. Namque signum à fœtus mouit sen-  
sui matris obvio, quod desemitur, fallax admodum atque  
incertum esse, fœtus trium quatuorve mensum clare doceant,  
supote qui subinde ante medium gestationis tempus membro-  
rum extemporum mortale gravidis molestiam sensu percep-  
tibilem creant. Ut taceamus præmemoratum corporis organici  
motum sine anima rationali cooperante fieri posse, atque ad-  
eo fœtui ratione vitalitatis corporis ante & post medium ge-  
stationis tempus nullam prærogativam competere. Huc us-  
pulcherrime Schacherus, qui cum B. Bohnio de offi-  
cial. Part. II. c. V. p. 622. consentit dicens, de animatione

H

cont.



concepcione sine dubio contemporanea & ab hac inseparabilis non amplius esse dubitandum, nisi per hastantum ejusmodi abortum animati foetus nefarie cimenti, patrociani & tenelli hujus sanguinis & necis corrum se quis exhibere velit. B. Nentherus in Physiologia cap. XI, Atembr. I. §. XI. ag 33: in oīav: dicit; Probabilis est animam statim in primo conceptionis momento ovulo communicari: Cu enim foetus statim nutritur & augescat, he astem actiones vitam presupponant, vita vero hominis, uti superius probatum fuit, ab anima principaliter dependeat, necessario quoque anima in primo statim conceptionis momento, si foetus nutritur & vivere debet, ovulo communicari debet. Georg. Francus in Corall. II. ad Disp. de Ambustis dicit: Foetus in utero semper vivit; &c. Hujus modi testimonia quam plurima effere possem nisi Consultiss. Dn. D. Praes in Jurispendentia sua Medica Cap. IV. §. II. & sub fine Capitis in Epicrisi ad Casum I. quam plurimorum Autorum testimonia adduxisset consentientia, quibus addere licet Excell. Dn. D. Coschützium in Physiol. Sect. I. Cap. VII. §. 40. Schol. pag. 181. & Ammannum in Paraeesi circa emendationem Instit. Med. Cap. IV. Theod. Schenk in Instit. Med. Sect. II. Art. II. §. II. Knoblochtr. & Disp. Anat. & Phys. Disp. 24. cap. 2. §. II p. 83 Rallium de generatione Sect. V. §. 14. pag. 181. & 191. ubi dicit: Foetus statim ab initio animalis degit & §. 19 pag. 207 Confer. Claud. de Course de Nutrit. foetus in utero. Kyperun in Anthropologia lib. I. cap. 16. §. 39. & Instit. Med. lib. I. cap. 42. §. 7. pag. 39. seqq Olaus Wormianus in Instit. Med. lib. I. Sect. I. cap. 7. §. 19. Christ. Vater Disp. de abschon lito vita in utero negotio cap. I. §. 6. Multosque alios: Imo uno verbo omnes ad generali Traducianorum Classem reducendi, & fere omneshodierni Medici ac Physici, adeo etiam muti J. C. Vida. inf. a Cap. V. hoc affirmant, quamvis non scriptus suis aperte inferuerunt, tamen implicite fecerunt.

§. V.

## §. V.

Quibus præmissis rationib[us] demonstrare annitar,  
 Animationem simul cum conceptione contingere, quo  
 etiam Infusianorum principis imbuti ex incertitudine  
 & ambiguitate hujus rei s[ic!]le extricare ansam habeant.  
 Affirmo itaque Animam Embryonis seu fœtus simul cum se-  
 mine virili sub coitu emisso in arcum natura uterum nempe  
 maternum effundi. Ibiue illam (animam puta) post con-  
 ceptionem factam, ovulum in ovario turgescens &  
 fecundatum, extunicaque involvente ovarii disruptum  
 liberatum ac per tubam uterinam ab inventore Fallo-  
 pianam dictam in uteri cavitatem protrusum, median-  
 teque petiolo ad uteri superficiem internam accretum,  
 ita movere, modiscare, construere & formare, ut organica  
 artificiosissimaque illa corporis humani structura inde  
 evadat, quæ superveniente actu nutritionis indies incre-  
 mentum caput majus, usque absoluta formatione & ac-  
 cedente robore Embryo motu quodam manifestiore  
 sui præsentiam & vitam prodat, denique justo tempore  
 vel immaturæ in lucem emitteatur. Id quod appare-  
 bit ex sequentibus demonstrationibus. 1) Consentient  
 enim omnes Medicis & Philosophis in eo, & sanx ratio i-  
 pfa suadet, fecundationem, conceptionem, formatio-  
 nem, nutritionem &c. nulla alia ratione fieri posse, quam  
 mediante motu. 2) Motus vero ad hos actus perficien-  
 dos debet ordinatus, tranquillatus, placidus, successivus,  
 minime vero confusus, tumultuarius, impetuosus & si-  
 multaneus esse; Quia 3) subiecta movenda & struenda  
 subtilissimæ & tenerrimæ texturæ sunt, actus ve-  
 ro perficiendi juxta certam normam, ordinem & direc-  
 tionem procedant necesse est, si artificiosissima ionu-  
 merisque organis prædicta machina corporis humani in-  
 de resultare debet. Ex his fluit 4) quod ille motus non  
 sit accidentalis, nec per insitum vagos procedens, sed  
 regularis ad certum finem directus, destinatus & con-

H 2      continua

tumatus. Ita constitutus ergo 5) nititur principio quodam movente, quod tali virtute gaudet ut ex se & sua natura motum producere, continuare, ad certos respectus convenienter dirigere, & pro urgente necessitate vel angere vel minuere possit, alias non structum regulare, sed frustum irregulare inde emergere. 6) Hoc principium moveens debet [a] immateriale & incorporeum esse, quia motus tanquam actus non ex, nec a materia fit, nec ex substantia, nec essentia materiae & corporum inanimatarum fluit & producitur, sed illis tantum communicatur quodam tempus, quo præterlapsus iterum exspirat & avolat, nec cum illis firmiter coniungi potest, ita ut remoto motu, immobilia remaneant: Si ergo affectus immaterialis & incorporeus est, sequitur necesse, quod etiam causa ejus ita comparata esse debeat. [b] Hoc principium debet ratione & cognitione quadam instructum esse. Illud enim, quod aliud dirigere potest, pro diversitate circumstantiarum, illud etiam cognitione harum circumstantiarum instrutum est, & ratione secundum quam hanc vel illam circumstantiam occurrentem vel rejicere vel apprehendere & ad suum subjectum opus applicare possit, nam hi actus non sine ratione nec cognitione perfici possunt, quibus accedit [c] quod Norma quadam & Idea adesse debeat, secundum quam negotium propositum ita & non aliter instruendum & efficiendum est: Ideæ vero ex patre cognitione & memoria alicujus rei nitentur, de qua sibi imaginari formant, inde illi actus rationales, immateriales & incorporei. 7) Tale itaque principium moveens sub initio adit necesse est, quia illo absente motus debitus produci non potest. 8) In toto vero negotio generacionis duplicit generis substantiae tantum occurrit, ex quibus unum individuum evadit. Namrum una spiritualis vel incorporea scil. Anima rationalis, atque materialis vel corporea, seu sperma virile & ovulum mater-

num.

DE TERMINO ANIMAT. FOETUS HUMANI. 67

num. Ex quanam ergo substantia prævenit ille motus jam descriptus i a Spirituali? an à Corpore? 9.) A corporei subjecti substantia non provenit ille motus, quia hic est immaterialis, materia vero inanimata non producere potest actionem immaterialiam, nam hoc est contradic̄to in adjecto. [Nro. 6] Ergo. 10) Necesse est, ut proveniat ab anima rationali. 11) Si ergo proveniat illi motus in actugenerationis ab anima rationali, necesse est, ut in primo actu ejusdem negotii nimirum in conceptione adit, anima: Proveniat de cætero ubinam potest, sive immediate à DÉO, sive mediate à parentibus,

§. VI.

Objicis vero I. datur tertium. scilicet. Spiritus genitales, spiritus animales, spiritus vitales, anima vegetativa & sensitiva, Archeus, Visiblastica, liquor limpidus lymphaticus, sperma deciduum, vis Magneticæ uteri, & hujus farraginis plura. Resp. Bene! ad cuius generis substantiam referendum erit tale tertium? quantum mihi licuit ex scriptis contradicentium colligere, elucescit, hoc esse subtilissimam materiam, summa activitatis & ad motus percipiendos aptissimam, imperio animæ rationalis obtemperantem. Etiam atque etiam ergo contendō ut adversæ opinionis fautores reminiscantur propria confessionis, ubi invenient, quod illorum tertium non sit principium movens, sed ad motus percipiendos aptissimum, animæ imperio obtemperans. Quicquid enim ab alio motus percipit, alteriusque imperio obtemperat, illud nullos motus ex se & sua essentiâ pro voluntate producere ne dicam ad certos scopos dirigere & modificare potest. Et si hoc concederem, Heu! que aliena inde fluenter? 1) Tertium illud inventur tam in mare quam fœmina, quia ex subtilissima portione sanguinis feceruntur. Ergo. Fœmina possunt conceperi sive mare, quod quotidiana experientia contrādicit.

H 3

Obz

## DISSERTATIO INAUGURALIS,

Observationes enim à Bartholino aliisque allegatae, quod fæminæ ab imaginatione absentibus maribus conceperint & Constitutio quædam Parlam. Tholusani & Anglicani Collegii pro talibus fæminis ab imaginatione concipientibus, nisi maritus extra anglia fines profectus sit. Confer. Lischwitz Diph. de ortu hom. §. 23. Nec minus observationes Harvei, de certis brutis sine mare concipientibus, in animis eruditorum nostri ævi parum fidei inventiantur. 2) Supra demonstravi, quod actus in negotio generationis occurrentes, involvant rationem ; si ergo illud tertium tales actus perficit, sequitur, quod sit rationale. Nemo vero hoc concedet. Plura ob temporis angustiam hac vice non attingam. Interim tamen pluri etiam adversariorum mecum sentiunt, scilicet animam sub conceptione foeti communicari, quanquam animæ vim fruendi corpus non concedant, ad quod credendum illos haud cogo, si demonstrationibus fide re recusaverint.

## J. VII.

Objec<sup>tio</sup> II,

Alia vero objectio occurrit : Si stamina in oculo adsunt, non opus est principio movente antea descripto, quia solus motus sanguinis orgasticus mediante coitu excitatus ad illa stamina evolvenda sufficit. Resp. Quid de existentia staminum in oculo habendum, suprajam cap. antecedente sub classe Unionistarum §. XXII. monitum est. Num vero positis talibus, motus orgasticus sanguinis ad ea evolvenda sufficiat ex simili quodam clarior evadet. Si machinam quandam hydraulicam construere debes & undique varia delineata ac preparata ligna caterraque materialia apportas ad marginem fluvii cuiusdam, quæ ad talem machinam extruendam necessaria sunt, eaque omnia juxta seriem componas, ita ut præterfluens aqua tamquam caula movens futuræ machinæ in flumine semper in motu sit, imo certis artificiis in vehementiorem prolapsum redigatur ; Architecta vero omittitur, qui

## DE TERMINO ANIMAT. FOETUS HUMANI. 63

qui delineata materialia sibi invicem jungat, componat & in ordinem redigat, quo machina quædam hydraulica inde extriuatur: Tunc sane aqua magno strepitu & veletemerito impetu intra ripas suas profluet per plurim. secula, & nunquam machina hydraulica inde emerget: ita quoque comparatum est in oculo, sanguis propellitur motu orgasmico, imo abrumptur interdum oculus, & detruditur in uterum, fitque ex affluentibus umoribus magna moles, qua deinde summo periculo fœminarum excernitur. Sed quia architecta & principium movens rationale defuit, non machina organica, sed deformè frustrum productum est. Id quod permulta observationes comprobant. Dicitur quidem omne simile claudicat, sed hoc simile tantum illustrationis non vero probationis gratia prolatum est, quia ex palpabilibus rebus major provenit convictione.

### §. VIII.

Objicitur ulterius III. Si anima rationalis sit archi- *Objectio III.*  
tecta corporis sui & simul in conceptione adsit, omnes coitus esse debent fecundi, aut tot animæ perduntur, quot coitus infecundi perpetrantur. Respondeo per instantiam. Homo secundum naturam hominis vel anima, quod idem mihi est, in moralibus non semper finem imperat, quem intendit. Ergo in homine nulla anima rationalis est praefens. Fallitur conclusionis est manifesta. Ergo ulterius probabo illam infecunditatem non principio immateriali formandi sed latet vel impeditis actionibus huc sp.stantibus attribuendam esse. 1) Quando sperma virile non debita consentientia gaudet, ut anima eo pro vehiculo uti queat, nam quis diceret, si in gonorrhœa mulceta semen effluit, in eo semper animas esse & effundi. 2) Quando sperma alias bene constitutum animam involvens non in arvum naturæ protruditur, sed justo citius emititur vel nimis celeriter ejaculatur, vel plane vaginam uteri non ingreditur, in quo

ulti-

ultimo casu, si exproposito fiat, crimen Onanitium locum inventat. Conf. Lisibowitz, Disp. de oru hominis § 29. Simon de impotentia &c. cap. 2. Th. 3.) Quando membrum per quod quis vir est nimis breve fuerit, ut semen usque ad orificium uteri aspergere nequeat. 4) Quando morbus prægressus sit, quo corpus nimium debilitatum est, ut natura magis ad suum ipsius & corporis conversationem, quam ad propagationem prolixi reliquas vires & animi & corporis impendere necesse habeat, aliaque plura. Confer. Dn. D. Prajed, Jurisprud. Medica Cap. II. de Potentia & impotentia Generandi §. 20 seqq. 5) Quoad feminam, quando ob multas impuritates in vagina uteri hærentes semen virile ad uterus profluere non potest. 6) Quando in ipso utero præsto sunt impuritates, quæ sperma non admittunt, sed impediunt, quo minus ad peragendos motus ad generationem tendentes & necessarios locum inveniat. 7) Quando uterus nimis arcta clausus est, vel ob spasinum rigidum vel prægressam conceptionem. 8) Quando semen ob nimiam laxitatem vel atoniam non continetur in utero sed rursus refluit. 9) Accedit denique morositas matris, Discordia & Antipathia semina communicatum non motu blando accipiens sed contrariis motibus respuens. Conf. D. D. Prajed. Praxis Extemporanea Cap. VI. pag. 95. seqq. & Jurispr. Med. loc. cit. Læsis itaque organis & actionibus anima in hisce casibus finem propagationis in actuum deducere non potest, nam cessantibus mediis cessat effusus, seu qui vult finem, vult etiam media juxta philosophos, alias anima nostra esset omnipotens, quod vero soli Deo competit, qui nobis potestatem limitatam tantum concessit in actionibus vitalibus. Possunt itaque frequentes coitus citra culpam animæ in spermate latentis & praesentis infæundi contingere. Confer. Illustr. Stahlii Disp. de Sterilitate Foeminarum, Clariss. Vater Disp. de Sterilitate viriusque sexus. Præ cæteris vero D. D. Prajed.

DE TERMINO ANIMAT. FOETUS HUMANI. 65

*Prefid. in Jurisprudentia Medic. Cap. II. prolixius sterilitatis vel impotentiae causas perquisivit, qno B. L. remitto.*

§. IX.

Objicitur ulti, quod sèpius Conceptus spurii loco veri obtingant. Si vero negotium generationis rationaliter perageretur ab anima, tunc omnes conceptrus deberent vori esse; Qnod vero hoc casu non fieret. Ergo anima, si quod motibus suis perficeret, negotium generationis magis turbaret, quam rationaliter dirigeret. Resp. Hoc itidem fieri potest salva thesi, imo pugnat pro ipsa! quis enim non videt, in monstris, nasci maternis, aliisque similibus desfigurationibus & spuriis conceptibus, imaginationem & petulantemphantasmam vim suam exserere citra accellum fascinationum aliarumque materialium circumstantiarum. Confer. Dn. D. Praes. cap. de Generat. S. 23. pag. 31. qui hanc tractationem speciali discursu multis solidis considerationibus illustrat, cuius etiam ipse mentionem fecit in Jurisprudentia Medica ubi de monstris differit; Quis porro dicere, imaginationes tales à matris, terrore, timore, gaudio aliove animi pathemate ortas foeti communicari & imprimi posse, si juxta adversariorum sententiam corpus Embryonis ex rudimentis jamjam vel in semine vel in ovo latenteribus necessitate quadam vel accidente alimento congruo constituatur, nec principium rationale talem structuram perficeret, quod in formatione impedita & turbata tales imaginem terrificam vel aliam sibi à matre communicatam & impressam struendo corpori suo imprimere. Nam si anima negotium generationis turbare potest, & quidem actu physico influente, cur non ipsa illum dirigere poterit ad congruum successum. Inde vero non sequitur animam in conceptione non abesse, sed potius adesse. Confer. Welschium Heb. I Amz.

Ammen. Buch Part. II. cap. 39. Zach. lib. IX. Consil. 21.  
Thom. Fienus tr. de Vi imaginacionis. Illustr. Dn. D. Hoff-  
mannus Diff. de Morbis foetuum in utero aliquae.

## §. X.

Objetio V.

Tandem dicitur si anima jam in conceptione foetui communicatur, debet praesentiam suam motibus manifestare, quod vero ante medium gestationis tempus non fit. Ergo non ante illud adest. Resp. Hoc itidem fieri potest, quanquam anima adsit. Nam anima non potest se prius motibus vehementioribus manifestare, quam corpus plane constructum & perfectum sit, roburque necessarium ad edendos motus acceperit. Quis vero interim argumentaretur? In homine dormiente nulla vestigia praesentis animae reperiuntur, quia immobilis jacet. Ergo in homine dormiente nulla praesens est anima rationalis. Patet itaque infirmitas objecti, nam anima potest adesse, licet non validioribus motibus sese prodat. Quidquid experientia docet; farninas aliquando ante medium gestationis tempus motus quosdam percipere, si dicunt. Es frisbeit im Leibe / als wenn lauter Ameisen darin waren etc. Nam mox post conceptionem motus tonicus in locis genitalibus sit auctior, & sanguis majori copia illuc propellitur, quod non sine aliquali sensu fieri potest, vid. infra cap. IV. Nec opus est motu validiori sese manifestet anima. Confer. Dn. D. Pref. Physiol. Cap. II. §. 95. 96. seqq. Ex his allatis apparebit, quo iure & fundamento statuendum sit animam foetui sub conceptione communicari, & exinde distinctionem in foetu animatum & inanimatum tollendam esse Plura de hac re invenies in Dn. D. Prefid. Jurispr. Med. Cap. VI. de Animatione & Abortu, partim §. II. partim vero in Epigrifis ad casum I. de Animatione sub fine capitulis annexa. Et ej. Physiol. Cap. II. ubi §. 28. seqq. XX. Argumentis pro-

bat

DE TERMINO ANIMAT. FOETUS HUMANI. 67

bat, Animam habere capacitatem firmendi & formandi corporis in quo heret & operatur. disp. Ejusd. de Aborius noxia & nefanda promotione. Si itaque corpus format, debet ab initio ad esse.

CAPUT. IV.

DE

Usu hujus tractationis in Medicina  
Theoretica & Practica.

S. I.

**Q**uid vero haec disquisitio proficiat Medico? forsitan *Iesus in Physiologia*. Aliquis ex me rogaret, si norit? quando Embryo animalis rationalis particeps fiat? Cui respondeo mox videbis. Medicina enim præcipuum objectum, circa quod ipsius officium versatur, & cuius causa salutarem artem Medicam ediscit & exercet, est (strictius loquendo), homo vivus, quatenus vel insanitate vel in statu morboſo constitutus est. Hanc ob rem necesse est, ut bene caleat, sanitatem praesentem conservare, eamque amissam congruis remedii restituere. Neutrūm vero rationaliter præstare poterit, nisi bene cognitum habeat, atque perspectum, in quo præcipue consistat hominis sanitas, cuius contrarium est morbus seu Valeudo. Hæc scientia iterum nititur cognitione corporis quoad singulas partes, fluidas & solidas, quoad structuram, officium &c. 2) Cognitione animæ quoad vires, facultates, qualitates, operationes &c. 3) Cognitione relationis Animæ & corporis in se in vicem, quod nempe corpus sit pro anima & anima invigilat usui corporis, ita ut unum sine altero consistere haud possit, utrumque vero arctissimo

I 2

nexus

nexus cohæreat. Ex hoc iterum fluit; Si anima & corpus tali mutua relatione & correlatione inter se invicem gaudent, opus est, ut Medicus non solum corpus ejusque indolem &c, intime noscat, sed etiam animæ, quia nihil efficeret in nudo corpore, et si omnia pharmaca ei præberet, nisi anima motibus suis succureret corpori, ad quod conservandum omnes vires impendit: Quam rem fusius & diserte explicavit *Dn. D. Praes in tract. de medicina. mod. oper.* Ergo omnino Medico interest, & summe necesse est, si bene calleat vires & qualitates animæ, quomodo his vel illis motibus corpus suum conservare, alias vero alterationes, qua illud destruunt & in periculum mortis redigunt, avertere valeat. Hoc vero non valet tantum in homine nato per omnes ætatis periodos, sed etiam in homine nascendo à prima conceptione usque ad sui exclusionem. Si itaque Medico cognitum est, animam mox sub conceptione cum corpore jungi, illi quoque facile erit explicare & demonstrare, unde artificiosissima illa fabrica corporis nostræ possit ex tam exigua particula in tantam molem accrescere, ex materia informi & rudi in machinam mirifice compositam & subtilissimis organis variis generis intertextam redigi, ex una guttula lymphæ per lucidat, duplicitis structuræ corpus evadere, in quo , potest vitæ formationis, nutritionis, cæterarumque actionum causam veram indicare, nead tot voces barbaras & qualitates occultas confugere opus habeat.

## §. II.

*Uſus in Pathologia & Semiology.* Scimus ergo ex physiologicis, sanitatem in eo consistere, si præcipue omnes motus in corpore nostro tranquille & placide procedant, morbos vero oriri, si motus turbentur impediantur & plane supprimantur aut e contrario nimis augentur: Hæc vero sunt potissimum per animi pathamata, aut ex errore in uſu rerum non

## DE TERMINO ANIMAT. FOETUS HUMANI. 69

non naturalium commisso. Si itaque tenellulum nostrum foetum anima & vita praeditum noverimus, in quo tales motus occurunt, qui impediti vel aucti nocent; Parte facile, cum subtili communicationi animi pathematum obnoxium esse, quamquam non sibi ipsi obvenientium, tamen à matre communicatorum, nec non cæterorum errorum matris in diata conmissorum penam luerre debere & per consequens à prima conceptione variis morbis obnoxium esse. Quorum causas vero non semper & unice ex sanguine per vas umbilicalia affluente vel nimio vel deficiente vel dyscrasia laborante derive, sed in communicatis à matre ideis querere debemus. Quid enim solus sanguis sibi relictus ad formanda monstris & producendos naves maternos contribuit præter materiam nutritioni & accretionis dicatam? nisi principium formans in negotio suo pravis & corruptis ideis ab imaginatione & phantasia matris communicatis turbatum, tot præter naturalia corpori suo tenellulo fabrisuando imprimeret.

### S. III.

Non vero tantum sibi ipsi morbos procurat natura *Causa morborum* Embryonis cum pravis illis a matre communicatis Ideis, *berum horrificis, tremebundis, &c.* sed reciproce matri quoque *epitionem sequentium* que caula quorundam morborum evadit. Quam pri-  
mum enim mater concepit, mox à natura illius motus versus uterum augentur & major portio sanguinis ad illum congeritur quam antea, videlicet ad foetum ceunorum hospitem nutriendum. Natura foetus vero tan-  
tum sanguinis mox sub initio ad nutritionem & appositi-  
onem in admodum exiguo corpusculo non absorbere &  
ad libere potest, quare motu contrario superfluum re-  
pellit ad placentam & substantiam uteri, ubi congestio  
& appulus nihilominus continuantur. Inde fit, ut pri-  
mo vas uteri turgescat, ibique & in vasis annexis sanguis

## 70 DISSERTATIO INAUGURALIS,

stagnet: Inde oriuntur tensiones, strictræ & spalsti circa regionem hypogastricam & in hypochondriis. Unde porro regurgitationes sanguinis partim per vasa haemorrhoidalia interna versus sistema Vena Portæ & annexas partes, partim vero per vasa hypogastrica & venas iliicas internas & haemorrhoidales externas versus venum cavum, & inde versus partes superiores. Ex talibus regurgitationibus oriuntur stagnationes. a) circa Venæ triculum, Lienem, Hepar, Renes & Vesicam urinariam, unde conatus vomendi, appetitus vagus vel plane prostratus, alvus adstricta, vomitus ipsi, matum hysterica, ardor & immunitio urinæ, intumescensia pedum &c. b) partim circa thoracem, unde anxieties präcordiorum, difficultas respirandi, palpitationes cordis, tusses, intumescensia mammarum, adeo erysipelas. &c. partim c) adeo versus collum & caput, inde raucedines, rheumatismi, inflatio tonsillarum, uvulae, congestiones versus caput, unde dolores capitis, doloris dentium seu odontalgia, Hemicrania, erubescens, variegatio adeo tumescensia maxillarum seu genarum &c. partim d) versus totam peripheriam, unde motus febriles Germ. Es schauert ihnen über den ganzen Leib: es ist ihnen allenthalben nicht recht / es thut ihnen alles weh / es ist ihnen alles zu wieder / werden blaß / gelb / grünlich. emarcescunt, pallescunt, color cutis est liquidus, eirca oculos apparer circulus nebulosus, urina paller mox rubet & gaudet nubecula ad fundum subsidente & qua hujus generis plura. Imo omnes actiones sunt depravatae, & incident fæmella sapius in vehementes morbos. Quæ vero pathemata omnia ut plurimum remittunt successive, quo major embryo fit, plurisque nutrimenti egit: Plurima circa medium gestationis tempus planæ delinunt, quædam vero usque ad partum perdurant. Næc fuerunt pathemata à nimio sanguinis appulsu orta, similia ne dicam graviora oriuntur ab ipsius defec-

## DE TERMINO ANIMAT. FOETUS HUMANI. 71

defectu, natura enim Embryonis nutrimento destituta evadit debilis quod mox famellæ sentiunt dicentes. Es ist nicht mehr so lebhaftig / und warm / sondern wird schwier / als wenn etwas hartes da liege / daher würde ihnen so angst ums Herz. Tristis enim Idea communicatur matri ab anima foetus per reciprocum consensum. Unde matres tristes evadunt, incident in moerorem & graves morbos & adeo in Melancholiam, nisi mature succurratur. Quales casus Consult. D. D. Praef. in Colleg. de affect. Mulier aliquos recensuit. Confer. D. D. Hoffmanni Disp. de morbis foetuum in utero, ubi quamplurimos morbos recensuit foetum in utero corripiente s, eosque observationibus corroboravit. &c. Job. Otton, Horstii Dissert. de Foetu Abortivo itérico & Rud. Jac. Camerarii Diss., de Foetu 46. annorum.

### §. IV:

Occurrit hic quoque occasio de Signis Conceptionis *De Signis* paucula adjicere, in quibus recensendis non protinus ero *Conceptionis* quia Consultiss. Dr. D. Praef. in Jurisprud. Medic, Cap. IV. §. IX. seqq. satis hanc meteriam pertractavit. Nec minus Beat. Wedelius in Disp. de Notis gravidarum & D. Hilscher. Disp. de opere generationis in Feminis & Slevogt Disp. de Partus naturalis cum preternaturali collatione §. 12. Theod. Schenk. Disp. de Conceptione. Multique alii innumeri collegerunt ejusmodi signa, quare in hunc diem certitudo singularium signorum nulla est. Si vero collectim considerantur omnino aliquid certi indicant. D. Praef. l. c. §. IX. Hilschers l. c. pra cæteris quædam signa §. 6. protulit, sua sententia nunquam aut parum medicum deserentia. Scilicet frequentiorem solito ad urinam reddendam stimulū, quod per 12. annos expertus est & confiteor milii ipsi aliquos casus obtigisse, ubi talis stimulus urinæ certum signum conceptionis fuit, cui adiungere possum cum Hilscherio nubeculam in urina emis-

sa

## 72 DISSERTATIO INAUGURALIS,

fa, propefundum repertam, & decolorationem mensum mox post conceptionem prima vice recurrentium. Quæ omnia sæpe laudatus D. D. Praes. l. e. summa industria collegit & indicavit. Quam plurima signa itaque simul samenda sunt, si conceptionem factam explorare necesse est, ubi jam memorata symptomata simul in Considerationem veniunt. Et mea sententia major certitudo hujus rei invenienda esset. Si Medici prædi dediti omnia signa occurrentia attente observarent, & secundum temperamentorum diversitatem in certas classes redigerent, tunc omnino res clarior evaderet, quia ha-  
etenus confusum chaos existit magna copia signorum sine distinctione 1) temperamentorum, 2) ætatis, num juniorum an ætate provectionum, 3) circumstantiarum in primiparis vel alii, 4) num in sensibilioribus vel robustioribus, 5) vita generis &c. collectorum. Confer.  
Rejs. Camp. Elys. Quæst. Jucund. qu. 49. ubi innumera talia signa protulit.

## §. V.

*Uſus in Therapia & Praxi.*

In Therapia Generali & Speciali Consideratio-  
animonis itidem uſu non deſtituta eſt. Si enim Me-  
dicus ex antecessis ſciat, Embryonem mox post conce-  
ptionem animatum eſſe, tunc majori circumſpectione utatur in propinandis remediis. Validiora enim eva-  
cuantia hic facile abortum procurare poſſunt, nec mi-  
nus remedia calidiora & ſpirituosa concentrata, cum in hiſe ſubjectis ſanguis jam commotus & in orgaſmo conſtituſit. Nec promiscue VS hic adminiſtranda, niſi omnes circumſtantiae ad amuſim rationis & experi-  
entia redactæ ſint, alias in minus plethoricis magnum  
damnum procuratur, ſi detracto nimio ſanguine triftes tales caſus ſuboriuntur, ut Consultiss. D. D. Praes. nuper-  
rime in Collegio memoravit, quod ſcilicet femina qua-  
dam gravida, VS. larga perpetrata in talem triftitiam in-  
ternam,

DE TERMINO ANIMAT. FOETUS HUMANI. 73

ternam, & moerorem inciderit vix consolabilem, adeo Melancholia proxima fuerit, ob ideam ab intra communicatam, an si Embryo nutritione destitutus esset detracto nimio sanguine. Alias vero VS nes in hisce casibus multum emolumenti promittunt, quia in primis mensibus non omnis adnutritionem foetus destinatus sanguis consumitur, sed remissus & refluxus ad partes vicinas concurrente mensium fluxu suppresso multa in commoda producit, ut supra demonstratum §. III. hujus capitatis, confer, Excell. Hoffmann Med. Syst. Tom. I. part. II. cap. I 3. §. 5. & Sub Präsid. Consulti. Dn. Präsid. nuperrime Hojelius hoc thema ventilavit de V. S. gravidarum, ubi multa bona huc referenda occurunt. Nec non Dn. D. Hilfischer Diss. de Legitimo V. S. usu in Gravidis. De Medicamentis vero abortum provocantibus Conf. Consultiß. Dn. D. Präsid. Diss. de Abortus noxia & nefanda promotione ubi plurima & remedia & cautelas & circumstantias suppeditavit, mihiique in eo otium fecit. De Curandis vero Morbis fœtuum in utero materno, conferenda est, Disput. Dn. D. Hoffmanni de hac materia habita. Plura hoc loco e practicis addere tempus & spatium non permittit, quare B. L. contentus sit hisce, est quod velim, cum hæc dissertatio tantum specimenis loco ventilata sit, si vero prolixius suilem tractatus vocandus esset. Interim tamen quæ à me non prolata sunt B. L. inveniet in Autoribus allegatis passim obviis.

CAPUT V.

DE

Usu in Medicina Forensi.

§. I.

M<sup>A</sup>ximum denique usum præsens nostra tracta. *Jcti distin-*  
tio habebit in Medicina Forensi, ubi haec tenus *gunt in for-*  
**K** *distrin-*

## DISSERTATIO INAUGURALIS,

zum anima-  
 zum & ina-  
 nimatum,  
 distinctio in foetum animatum & inanimatum vi-  
 guit, quam deinde poena abortus promoti vel ordina-  
 ria vel extraordina sequuta est, quia expulsionem fo-  
 etus inanimati [ut vocant] non inter homicidia retule-  
 runt JCti : De termino vero animationis, post quem  
 poena ordinaria sequi debet, ita incerti & dubii sunt,  
 uti antea cap. III, indicatum est. Sed cum in crimin-  
 libus aliquid certi requiratur, constituerunt terminum  
 animationis in medio gestationis tempore in jure Sa-  
 xonico, quia tunc palpabilis tactus Embryonis anima-  
 tionem factam prodit. Cæteri vero JCti, cum audi-  
 verint à Medicis, hunc motum saepe longe ante me-  
 dium gestationis tempus contingere, terminum poenæ  
 ordinariae post perceptum illum motum constitue-  
 runt. Antequam vero rem ipsam inspiciamus de  
 poena ordinaria vel extraordinaria constituenda, ne-  
 cessarium duxi loca illa recensere, ubi in jure & apud  
 JCtos de hac materia agitur, quantum, mihi possibile  
 erit. Marciannus L. Divus 4. ff. de Extraord. crim.  
 L. si mulierem 8. ff. ad. Leg. Cornel. de siccari. L. Cicero 39.  
 ff. de panis. L. 38. ff. S. qui abortionis aut amatoriorum po-  
 culum dant, eti dolo non faciant, tamen quia mali ex-  
 exempli res est, humiliores in Metallum, honestiores in  
 Insulam amissa parte bonorum relegantur, quo si co-  
 mulier, aut homo reperiret, summo summo afficiun-  
 tur. Pluresque leges & Autores Collegerunt. Ma-  
 rhens de criminibus lib. 47. Digest. V. de Extraord. Crim.  
 Cap. I. de Partu abatto. Carpz. in Praxi Crim. Part. I.  
 Q. XI. de criminibus. Pagenstecher in Aphorism. Juris  
 Disputat. de Ventre (qui Vulgo Hänsgen in Keller) Vi-  
 sione VIII. pag. 488. seqq. Simon in Praefd. Academ. Di-  
 spus. de impotentia Conjugali. Unrat de Concepcione &  
 jure Ventr. Wildvogel de Jure Embryonum Cap. IV.  
 Stirn. Jurisprud. Min. lib. III. tit. 24. de Extraord.

Cris.

## DE TÉRMINO ANIMAT. FOETUS HUMANI. 75

Crim. in Stryk. Tom. IV. Usus Mod. ff. lib. XLVII.  
tit. XI. de crimin. Extrabrd. §. 14. Illustr. Thomas. in  
Not. ad Lancelott. Lib. IV. 10. Inst. Jur. can. §. 7. p. 210.  
Nro. 388. ad quorum aliquos Dn. D. Praeſ. in sua Juris-  
prud. Medicina provocat; In Jure Canonico Decret. Greg.  
lib. V. Tit. XII. Cap. 20. De Homicid. Vol. Qui dat can-  
sam abortioni, homicida est, si conceptum erat vivifi-  
catum animal rationale alias scens; Et in Art. 133. Conſt.  
Crimin. Car. V. So jemand einem Weib's-Bild durch  
Bezwang / essen oder trinken ein lebendig Kind abtreibet /  
wie auch einen Mann- oder Weib's-Bild unfruchtbare  
macht / so solches vorsichtiger oder boshaftiger Weise ge-  
schiehet soll der Mann mit dem Schwerdt als ein Todts-  
schläger / und die Frau so sie es auch ihr selbst thät erran-  
get oder sonst zum tode geſtrafft werden. So aber ein  
Kind / das noch nicht lebendig wäre von einem Weibsbild  
gerrieben wird / sollen die Urtheil der Straff halber zu  
denen Rechts-Verständigen oder sonst / wie zu Ende dieser  
Ordnung gemeldet Rathß pflegen. Conſer. hic varii in  
hunc Art. Commentari Stephani, Clasenii, Ludovici,  
Cressialiorumque. Ex quibus omnibus satis luculenter  
apparet, abortum procuratum summo supplicio puniendu-  
mum esse. Jcti vero hic distinguunt, ut supra jam di-  
stum est in foetum animatum & inanimatum &c.

### §. II.

Ex Capitibus antecedentibus vero l'culenter appa- Distinctio in-  
ret hanc distinctionem curatus rem observando non fort. anim. &  
absoluti valoris esse, quia foetus à prima conceptione a- inanim. est  
nima rationali jam gaudet. Cum vero Jcti in talibus tollenda.  
casibus ordinarie Medicorum Consilia explorant, ita  
etiam primis temporibus factum est, ut, cum legisla-  
res juris civilis principiis stoicorum imbuti crediderint,  
foetus non semper animatum & vivum esse, sed post  
medium gestationis tempus talem fieri, mitiorem po-

nam decreverint pro illis hominibus, qui ante illud tempus abortum procurarent. Juris Canonici vero Autores nec non Carolus V. principiis Creatianorum & infusionorum imbuti, iterum de tempore infusionis animæ incerti erant, quare manifestum illud signum motus embryonis circa medium gestationis tempus obtingens acceperunt, & ratione illius poenam dictitarunt. Adeo Elector Saxon. Augustus in Part. 4. Confit. 4. ex dissidio Theologorum & Medicorum Jenensium & Wittenbergensium dubius fuit cui crederet, quare itidem hoc medium gestationis tempus tanquam certum terminum sanctivit. Testante Carpzovio Prax. Crim. Part. I. Qv. XI. Nro. 3. Ergo illis temporibus connivendum, nostro vero ævo, ubi tor Medici, Philosphi & Theologi affirman, animam propagari per parentes Vid. Cap. II. & inde nihil aliud sequi possit, quam animationem simul cum conceptione fieri; Imo ipsi Creatiani cum Eieno Fortunato Fideli & Zachia confiteantur animationem paucos dies post conceptionem fieri, adeo Zachias simul cum Conceptione, testante Consult. D. D. Prof. in Juris, r. Med. l. c. Vix crediderim JCtos ambigere omnem abortum pro homicidio declarare. Quam ob rem D. D. Prof. in Disp. de Abortu noxia & nefanda præmotione prolixius de hac considératione egit, multisque rationibus & testimonis demonstravit, talem distinctionem poenarum tollendam esse. Et ante eum Georg. Francus. Prof. Heidelbergens, in Corall. II. ad Disp. de Ambustis dicit: *Fetus in utero semper vivit; hinc eadie distinctione illa inter foetum in utero vita præditum & nondum vivum, ac propterea semper homicidium patrat qui aboretum procurat.* B. Bohnius de offic. med. dupl. Part. II. Cap. V. dicit: *de animatione conceptioni sine dubio contemporanea &c. nisi per hesitantiam ejusmodi abortum animati foetus nefarie scienti patrocinari, & tenelli hujus sanguinis & necis rerum se quis exhibere velit.* Cujusmodi graves expressiones hinc

DE TERMINO ANIMAT. FOETUS HUMANI. 77

hinc inde in plurimis supra Cap. II. & III. jam allegatis autoribus occurunt, quae nostri ævi JCTos movere debarent, palpalem auctoritatem Veterum Doctorum parvi habere, reliquiasque papatus ex jure Canonico profuentes penitus, præcipue in terris protestantium ejicere, ne juxta Bohnium necis Correi vaderent.

S. III.

Agnoverunt quidem varia JCTorum lumina, distin- *JCTi Sanio-*  
ctionem in animatum & inanimatum fœtum omittendam *res illam di-*  
esse, nec ad crimina extraordinaria referendum esse abor- *stinctiōnē*  
tum ante medium gestationis tempus. Scilicet: *Mattheus omittunt.*  
*de Criminibus l.c. & Pangensscher l.c. B. Brunnemannus in Proc.*  
*inquis. c. 9. Nro. 69.* Quibus vero ali se se opposuerunt  
nempe *Carpov. l.c.* cum multis ibi allegatis autoribus,  
*Ex recentioribus B. Strykius in Tom. IV. Usu Mod. l.c. §. 14 di-*  
*cit: Evidem partus statim à primo momento conceptionis vi-*  
*talis est, juridice tamen pro vitali nondum habetur, quia*  
*post dimidium tempus gestationis ipsi matri ex motu partus*  
*denum de vitalitate certo constat, & si antea absolum cer-*  
*titudo de corpore deliti nondum adest, qua tamen præcise*  
*requiritur, antequam ad ultimum supplicium devenire pos-*  
*fit. Cum quo fere omnes jam viventes sentiunt, ubi ex*  
*ore Illustr. D. D. Böhmeri & D. D. Gundlingii audire mi-*  
*hi licuit, quorum posterior peculiarem Disput. de Ab-*  
*ortu elaboratam tenet, proxima occasione publice ven-*  
*tilandam, uti ex ipso audire honor mihi contigit. Id*  
*quod Excell. Cressius Acad. Julia Decus jam in Dissertat.*  
*quadam Jenæ adhuc degans præstitit. Quippe qui e-*  
*tiam in Comment. ad Artic. 133. CCC. § 2. Nro. 1. dicit: Dispu-*  
*tatum sepe, quo tempore partus animari incipiat: Saxones*  
*Dimidium tempus gestationis hic pro termino definierunt,*  
*quod imitati Austriae pag. 192. Frolich. Alibi ex famina*  
*quari solet, an motum partus in utero senserit, quia in cri-*  
*minali judicio non quolibet dubium vita signum sufficit, sed*

78 DISSERT. IN AUG. DE TERMINO ANIMAT. &c.

Certum est Palpabile requiritur &c. Ipse demum Illustr. Noster Thomasius Patronus ac Præceptor meus nunquam non devenerandus in Notis ad Lancelotum Lib. IV. Tit. X. §. pag. 2101. Nro. 388. Confitetur animam & vitam illico post conceptionem esse in foetu. Ibique hac occasione multa pulcherrima adducens prolixus de hac re egit, mihique in hoc otium fecit, id quod Consultiss. D. D. Praes. saepe allegata Diff. de Abortus noxia nefanda promotione, præstít. Cum itaque certam sit, animationem simul cum conceptione fieri, non opus est signis palpabilibus animationis, quia supra allegata Conceptiōnis signa, animationem simul indicant,

§. IV.

Ergo ne nimis in J.Ctorum Castra concendam illorum Scientiarum usui & velut Sanctioni id relinquo, num poenam ordinariam an extraordinariam constituere velint? cum tot lucis illis jam assidue ex tot veterum & recentiorum Medicorum suffragiis praesertim. Consult. Dn. D. Praesid. Disput. iam allegat: & Jurisprudencia Med. Nam id quod illorum antesignanis licuit, & ipsis licebit. Argumenta vero, ac si talis tenellus foetus non homo dicendus esset, seu, quod multis periculis subjectus esset, antequam perfectus evaderet, nihil exacte probant. Ad finem vero perducenda erit tractatio nostra; que ut B. L. non in totum displiceat, est quod spero, si vero non omnia ita exakte ipsius desiderio respondit & grata inveniet, veniam mihi det & voluntatem pro facto amplectatur. DEUS Vero T. O. M. clementissime largiatur, ut conatus mei, qualescumque sint, in sui ipsius Gloriam, Proximique emolumen tum cedant, id est quod opto. Et sic beatum impetravero actionum mearum

FINEM.

Tr.

\*      \*

**T**radere dum tentas animandi terminus esse  
Quis soleat foetus, lauriger ipse tibi  
Gratatur specimen præses, quoque terminus  
estō

Hic, fatur, gratus. Nec mora digna capit  
Præmia sollertis studii, cultoribus ampla  
Quæ tantum gnavis dat Meditrina suis.  
Hos igitur faustos tibi nos vovemus honores,  
Gaudia testamur mente manuque tibi.  
Numinis auxilium tua porro cœpta secundet,  
Addat successum consiliisque tuis.  
Sic felix poteris medicos tractare labores,  
Sic etiam optatus terminus omnis erit.

*Benevolentia causa scribebat.*

Fridericus Hoffmannus.

---

**N**Unc Tibi jam dudum meritam dat Apollo coro-  
nam,  
Te doctorali merita mitra comit.  
Præmia sudorum sunt hæc multique laboris  
Sectantur cunctos, sic &, Amice, Tuos.  
Nunc Animæ magnas cum mens sit sifere vires,  
Naturæ motus delineare cupis.

Quid

Quid igitur facies ? Pugnans ascende cathedram,  
Conscriptas doce, Doce defende Theses.  
Ex animo grato, queis possum viribus opto,  
Adspiret cunctis, SUMMUS, Amice, Tuis.

*Sic animitus applaudit Auditori hactenus sedulo &  
honoratissimo, gratulabundus*

Georgius Daniel Coschvitz,  
M. D. P. P. O.

**G**lück sei mit Dir / Deine Freude ist nicht zu Ende,  
Gne / welche stets die Würdigsten bedenkt  
Von ihren fleißigen und klugen Mäusen-Söhnen  
Will Dich nach Schweiß und Fleiß mit der Beloh-  
nung krönen/

Da Sie den Doctor-Hut / Die heute rühmlich  
schenkt,  
Den Deine Würdigkeit vor langer Zeit verdienet/  
Da Dir in Rostock schon der Ehren-Preis gegrünet,  
Ich gratulire Dir Hoch-Berthgeschätzter

Freund  
Da Du als Jason hast / das goldne Fließ erhalten/  
GOTT wolle über Dich / mit seiner Gnade walten.  
Mit dieser Würde sey so Glück als Ruhm vereint  
Sey vieler Kranken Trost/die Freude der Gesunden  
Und zehle weil du lebst/Bergnützungs-volle Stunde.


I. R. Brockmann,  
M. D.

**ULB Halle**  
002 815 230

3







DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICO-FORENSIS

# TERMINO ANIMATIONIS FOETUS HUMANI,

Wenn das Kind im Mutter-Leibe die Seele empfängt;

QVAM

AUSPICE DEO PROPITIO

*Et Consensu atque Auctoritate Gratiosae Facultatis Medicae,*

IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,

P RÆS I D E

## DN. D. MICHAELE ALBERTI,

POTENTISSIMI REGIS BORUSSIÆ CONSILIARIO AULICO,  
MEDICINÆ ET PHILOSOPHIAE NATURALIS PROFESSORE PU-  
BLICO ORDINARIO FACULTATIS MEDICÆ DECANO

SPECTATISSIMO,

*Domino Patrono, Praeceptore ac Promotore suo omni honoris cultu prosequende,*

### PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMIS IN MEDICINA HONORIBUS, ET PRIVILEGIIS  
DOCTORALIBUS LEGITIME IMPETRANDIS

HORIS LOCOQUE CONVENTIS,

ANNO M DCC XXIV. D. XI. NOVEMBR.

*TUEPICAE AC PLACIDA ERUDITORUM VENTILATIONI SUBJICET,*

AUCTOR ET RESPONDENS

## LUDOVICUS HANSEN,

GRABOVIO - MEGAPOLITANUS.

*HALÆ MAGDEBURGICÆ,*  
Typis JOANNIS CHRISTIANI HENDELII, Acad. Typogr.